

MATTHÆI HILLERI

THEOL. GRÆCÆQUE ET ORIENT. LL. PUBL. PROF.

INSTITUTIONUM LINGUAE SANCTAE COMPENDIUM.

TUBINGÆ,

Impensis JOH. GEORGII COTTÆ,

ANNO M DCC LX.



MATTHÆI HILLERI
SS. Theol. Græcæque & Oriental. Lingg.
Professoris Publici


INSTITUTIONES LINGUAE SANCTAE

ADIECTO EARVNDEM COMPENDIO
TIRONIBUS ACCOMMODATO,

CUM
INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS.



TUBINGÆ,
Sumtibus Io. GEORGII COTTÆ.
Anno MDCCLX.



PRÆFATIO.

Novam sistimus libri faciem, qui non ex levitate sua iners tandem usu, sed maxima cum laude & insigni Ebræophilorum desiderio consenuit. Dolenda sunt, quæ linguæ sanctæ culturam premunt, fata, ut crescente Institutionum multitudine, ut methodi novitate, quam artis Doctores mirifice vestiunt, librorum hujus generis solidissime conscriptorum auctoritas haud parum imminuatur. *Institutiones Hillerianæ* si vel ex sola eruditionis gloria à b. Auctore dudum parta judicandæ essent, sane incomparabilem palmam plurimis ejusmodi scriptis præriperent. Vir de Linguis Orientalibus ac Hebræa potissi-

)(2 mum

mum immortaliter meritus, Academiæ noſtræ, dum viveret, decus eximium, tantam apud exteros quoque & aliarum religionum ſocios nominis celebritatem conſecutus eſt, ut ſummi, quos Germania, Batavia, Anglia, quos Gallia præter laudem nullius avara produxit, Viri eundem in commercium vocare literarium non dubitarent. Neque vero famam Scriptorum publicæ luci ab ipſo expoſitorum aluit præjudicata hæc opinio, ſed ſoliditas, profunditas & doctrinæ amplitudo tanta in iisdem deprehenditur, ut Auctor omnes criticæ artis pulviſculos excuſſiſſe videatur. Teſtor vel unicum illud ære perennius monumentum, *Onomaſtici Sacri* inſignitum titulo, quod inexhauſtus dici poteſt ac dudum agnoſcitur Theſaurus, ex quo depromant ſacri Codicis interpretes, quicquid nominum analogia diſſicillimorum quorundam locorum genuinæ expoſitioni lucis adfun

dere

dere poteſt. Ut eruditiſſimum opus, *Syntagma Diſſertationum*, ut Commentationem *de Arcano Kethib & Keri* ſolidiſſimam, ut alia ejusmodi Scripta, quæ ſua jam radiant luce, hîc prætereamus. Solas innuimus *Linguæ Sanctæ Inſtitutiones*, quarum raritas cum ingenti Virorum artis peritorum deſiderio conjuncta novam hanc editionem exegit. Verborum laudibus ad easdem commendandas ſuperſedere nos eo confidentius arbitramur, quo exploratior eſt illarum fama, quæ totum orbem literatum, neque Proteſtantium modo, ſed & Catholicæ religioni addictorum Scholas perſtrepuit. Internæ perfectiones librum *juventuti* commendant utiliſſimum, & ipſa multorum annorum experientia præſentiſſimis exemplis comprobavit. Analogia linguæ hebrææ, id quod primarium Grammatici officium eſt, ad generales revocata fuit regulas, tanta quidem brevitate & concinnitate, ut nec memoria

ria intolerabili verborum opprimatur jugo, nec intellectus in perspiciendis absque mora præceptis impediatur. Exempla, quæ animam Grammatices recte dixeris, ubique adposita deprehendes & efficacia, neque ad illustrationem tantum ac firmationem traditarum artis regularum facient, sed & ad ipsam Sacri Codicis hebræi lectionem, in qua ultimus Grammaticæ finis ponitur, viam reddent planissimam. Hac ipsius rei veritate victa fuit beati viri modestia, quam *in Epistola dedicatoria* ad virum summum, *Io. Osiandrum*, data & primæ editioni præfixa his significavit verbis: *Equidem ab eo tempore, quo Serenissimi Principis nostri auctoritate* Hebr*aicarum literarum professio mihi decreta est, omni contentione & solicitudine elaboravi, ut non ea modo, quæ alii utiliter præceperunt, auditoribus traderem, sed ut pro ingenii modulo aliquid etiam ad cultum pulcerrimæ linguæ ex meo the-*

thesauro adferrem, quod an fecerim in his Institutionibus ad arbitrium & conjecturam cordati lectoris confero. Propositum sane hoc mihi fuit, ut, quod pertineret ad perfectionem artis, conquirerem, & iis, qui sub initia studiorum cum variis difficultatibus luctantur, viam ostenderem pro virili expeditiorem. „ Tandem, ut nihil desiderari possit, quod adhuc vero *juventutis* commodo inserviat, sed infirmioribus etiam linguæ cultoribus nova quadam arte consulatur, ab ipso Auctore adjectum est *Institutionum linguæ sanctæ Compendium*, in quo artis præcepta miram induunt brevitatem, atque ea duntaxat sistuntur, quæ maximopere habentur necessaria, omissis exceptionum tricis, haud mediocrem molestiam ingenio nondum subacto creantibus. Nulli hinc dubitamus, quin nova hæc celebratissimi libri facies singularem apud Lectores initura sit gratiam. Sincerissima effundimus vota, ut sapien-
tiæ

tiæ omnis ſons & largitor benigniſſimus nova opus hoc benedictione in omnibus linguæ ſanctæ cultoribus coronet, in Nominis ſui gloriam, Eccleſiæ utilitatem, veram omnium ſalutem, ex imis S. Scripturæ theſauris promanaturam.

Tubingæ Cal. Jan.
MDCCLX.



CONSPECTUS CAPITUM TOTIUS LIBRI.

Pars prima.

Pars

Pars II.

DE
SYNTAXI VOCUM.

Cap. I.


II.


III.

IV.

V.

VI.





INSTITUTIONUM LINGUÆ SANCTÆ

CAPUT PRIMUM

DE LITERIS.

Litera Spiritus oris. Spiritus fultus vel fulciens; Consona vel Vocalis. Consonarum figuræ, nomina, potestates. Literæ in sacris codd. majusculæ vel minusculæ. Consonarum situs: Divisio in lenes, asperas, compositas; in gutturatas, palatinas, dentales, labiales; homogeneas, heterogeneas: mobiles, immotas; stabiles & fugaces: radicales & serviles. Radicalium divisio in sociabiles ac dissociabiles. De iis, quæ aliis caussam transpositionis afferunt, & quæ non afferunt. De iis quæ permutari possunt, ac de iis quæ non possunt.

SCRIPTURÆ, quarum apud 1
nos valet authoritas, definiunt, vocem esse Spiritum oris humani. Et est hæc definitio non ab accidentibus, sed à substantia sumta, ac propterea partibus quoque conveniens. Partes, quas elementa

vel literas vocant, differentiam accipiunt vel ab organis, quæ Spiritus oris maximè impellit, à gutture, palato, dentibus atque labiis: vel à virtute alias vocis partes fulciendi vel sustentandi. Quæ aliam sustentat, Vocalis vulgò dicitur, quæ sustentatur ac fulcitur, Consona. Hæ speciatim literarum, illæ punctorum nomine apud Magistros Hebræorum veniunt. Equidem hac in re nihil novaturus, promiscuè hoc libro spiritus fultos modò literas, modò consonas: fulcientes, & vocales & puncta adpellabo.
2 Sunt autem Hebræorum literæ tres & viginti. Potestas tribuitur varia. Namque aliam vulgi consuetudo, aliam Græci & Latini Interpretes adjiciunt; aliam natura earum & antiquior usus postulat. Singularum figuras, nomina & potestatem sequentibus diagrammatis exhibeo.

3.

I.	II.	III.	IV.
Figura & Nomen.		Potestas literarum juxta vulgarem consuetudinem.	Potestas, quam iis tribuunt Scriptores Græci.
א	ALEPH.	Aspiratio tenuissima, sive spiritus lenis, ut	Spiritus tenuis. In medio vel fine vocis omninò negligitur, ut

		ut in Jo'el & A'aron.	ut Ἀῤὰμ. Ἰωάβ. Μαρί. Μιχά.
ב	BETH.	B latinum.	B, ut B latinum, quod auditur in Βάαλ. Βηθὴλ, Βῆλος, Ἐλιάβ.
ג	GIMEL.	G latinum.	Γ in Γαμαλιήλ. Γαλιλαῖα. Μαγώγ.
ד	DALETH.	D latinũ.	Δ ut Σιδών. Δαγών.
ה	HE.	H latinum.	Græci ab initio vocis per tenuem extulere, in medio negligentes, ut Ἰούδας, Ἰωσαφὰτ pro יְהוֹשָׁפָט: Asperum pro eo nunquã posuerunt.
ו	VAV.	V consona latina.	Υ, ut in Εὔα & Νινευὴ, vel Ου, ut in οὐασὶ, Esth. 1. 1. 9. rarius per β ut in Δαβίδ. ϛ, Græcorũ βαῦ ἐπίσημον, non literæ, sed senarii nota est.
ז	ZAJIN.	Z lene. Judæis ferè S.	Z, ubique, ut in Ζεβεδαῖος, Ναζαρέθ.
ח	HETH.	CH, ut in Chorus.	Græci per χ, ut in Χωρήβ, rariùs per κ, ut in Ταβὲκ Gen. 22. 24. Sæpiùs in tenuem mutarunt, ut in 4.

		'Εμμὼρ, in Ε'ζεκίας, vel prorsus neglexerunt, ut in Ναούμ.
ט TETH.	T latinũ sive Græcum.	T, ut in Τωβιὰ & 'Ιετοὺρ, Λὼτ, 'Ιωσαφὰτ, Σατὰν.
י JOTH.	J consona latina vel germanica.	I vocalis, ut in 'Ιωὴλ, 'Ιησοῦς, 'Αβιὰ, Σιών.
כ CAPH.	C latinum vel ch.	K, ut in Κῦρος, Κιτιεῖς, vel X, ut in Χερουβεὶμ, 'Ενώχ. Μιχαὴλ.
ל LAMED.	L.	Λ ut in Βελίαλ.
מ MEM.	M.	M. ut in Μαελάμ.
נ NUN.	N.	N. ut in Νάθαν.
ס SAMECH.	S.	Σ. ut in 'Ιωσήφ.
5 ע AJIN.	Vulgo vel non memoratur, vel ut gn, sive ng pronunciatur.	Græci eam vel planè omittunt, ut in Βάαλ, vel in tenuem vertunt, ut Α'ραψ, 'Ασιέρτη, vel in Γ, ut in 'Ραγουὴλ, Γόμοῤῥα & Γάζα.
פ PE,	P vel PH, vel F.	Memorant ejus loco Π, ut in Σαρεπτὰ, 'Ιόππη, Πέρσαι, 'Ιάπετος vel Φ, ut in Φαραὼ, Σάπφειρος, Φανουὴλ, 'Ασάφ.

צ TZADE. TZ. Σ, ut in Σιὼν, Σιδὼν. Σαδὼκ, Σαβαὼθ. Nunquam Z, quæ litera ז solius vicem gerit.

ק KOPH. K. K, ut in Κάϊν & Ἰακὼβ.

ר RESCH. R. P, ut in Ῥαχὴλ, & Σάῤῥα.

שׁ SCHIN. SCH. Σ, ut in Σαμουὴλ & Ἐνώς. nunquam σχ.

שׂ SIN. S. Σ, ut in Σαρίδ & Σατὰν.

ת THAV. TH. Θ, ut in Θάρα, nunquam T, nisi geminatũ, ut in Ματθίας.

HANC literis vim ætate nostrâ Vulgus, hanc 6
eis consuetudo Græcorum tribuit. Sed pleræque alias potestates à natura & Hebræorũ prima consuetudine habuerunt, quas hîc in classes distributis literis recensebo.

CLASSIS PRIMA.

א Spiritus est, quem inter vocales divisæ percipis diphthongi, ut cum *æra* vocem producis in *aera*, Cæsar in Ca ësar, Laus in Laüs, quod est urbis Laconicæ nomen. Pœna in Poëna. Orpheûs in Orpheüs. Non igitur vacat א in Hebraicis vocibus אָדָם Adam, יוֹאֵל Joël, בְּאֵלִים inter principes, גְּאוּאֵל Ge'u'el. Ita שָׁאוּל Scha'ul dissyllabũ est, non monosyllabũ.

ב B latinum, non V, nec F, ut in אֲחִיטוּב Ahitub & אַבְנֵר Abner.

בּ literæ punctum medio impressum vel duplicandi vim habet, vel Intensivum est proximè accedens ad P, Romanum, ut in אַרְבֵּל Arbel. Duplicatum bis auditur, ut in לִבִּי Libbi, רַבָּה Rabba.

ג G Latinum, ut מָגוֹג Magog.

גּ cum puncto intensivo C valet Romanum, ut in גָּמָל Camal, Camelus; cum duplicativo bis effertur, ut in הַגְּדֵרָה Haggedera. Arabes pro utroque vel ج vel غ scribunt.

ד D Latinum, ut in דָּוִד David, & in דֹּדָנִים Dodanim.

דּ puncto notatum pariter vel intensum vel geminatum habetur.

ה H Latinum, ut in הָגָר Hagar, & הוֹהָם Hoham. Josu. 10: 3.

ו V aut W germanicum, ut יָוָן Javan, דָּוִיד David, עֵשָׂו Hesav.

ז S lenissimum, ut Z Gallorum, & Zaj Abessinorum. Sonus ejus auditur in זְבוּלֻן Sebulon, זְאֵב Seeb.

CLASSIS SECUNDA.

7 ח H asperius, quale est Arabum خ vel ح, non verò H duplicatum.

ט T Græcorum, nunquam Θ. Memoratur in טוֹבִיָּה Tobija.

י J consona, quam efferimus in Jacob, Jairus, Jojada, Jojakim.

כ X Græcū, ut in מִיכָאֵל Μιχαήλ; vel C, Romanum, ut in Carmel, Caleb.

כּ intensum est K Græcanicum, ut in כַּרְמֶל Καρμήλιον, & in כּוֹרֶשׁ Κῦρος.

ל L, ut in לְמוֹאֵל Lemoël, לְבָנוֹן Lebanon, sive Libanus.

מ M, ut in מִצְרַיִם Mitzrajim, qui fuit Ægyptiorum conditor.

נ N, ut in נִינְוֵה Nineve. נַחְשׁוֹן Nachschon.

ס S densum vel asperum, in סְבָא Seba, סְוֵנֵה Sevene, i. e. Syene.

CLASSIS TERTIA.

ע Idem sonat, quod conjuncta elementa חג id est, He asperum & Gimel. Itaque enunciatum עֲמוֹרָה & עַזָּה tanquam si scriberetur Hgamora, & Hgassà, cum He aspero: pro quo Junii & Tremellii exemplo scribere possumus characterem Ḣ vel ḣ. 8

פ BW, vel BV, composita quippe ex ב & ו. Cum puncto vis ejus vel intenditur, unde פִּישׁוֹן legendum est Pwischon, vel geminatur, ut in אַפַּיִם Appwájim, qui fuit filius Nadab. 1. Paral. 2: 30. cui lectioni, quoniam non assuevimus, ea aliena & absurda nobis videtur.

צ TS. Vim rependit literarum ט & ז ut in צִיּוֹן TSijon, & בּוֹצֵץ Botsets.

ק CW, vel QU Romanũ. Conſtat literis כ & ו, Unde קָדֵשׁ legebant Cuadèſch, קַיִן Cwajin vel Quajin, קָרוֹס Queros.

ר R, latinũ vel Ῥ Græcanicũ, ut in רָמָה Rama.

שׁ SCH Germanorum, ut in Schilo, Schallum, Schede'ur, Schimſchon. Angli pro eo ſcribunt SJ, Arabes verò per س rariùs per ث efferunt.

שׂ S, quod ad radices primorum dentium ſibilat.

ת DJ, Conflata ex dentali & palatina. Igitur יוֹנָתָן pronuntiatũ Jonadjan. Cum puncto vis ejus vel intenditur, unde תָּמָר legebatur Tjamar, vel duplicatur, ut in אֲמִתַּי A'midtjaj, qui fuit Pater Jonæ.

DE VARIA EJUSD. LITERÆ FIGURA.

9 In his literis undecim transfigurantur. Finibus quippe vocum hærentes כ נ פ צ baſi infra lineam demiſsâ extenduntur hoc modo ך ן ף ץ ut in בָּרוּךְ Baruch, אַמְנוֹן 'Amnon. יוֹסֵף Joſeph, בֵּית פַּצֵּץ Bethpatſets, urbis vocabulo. Sex אחלתהם decóris vel complementi gratiâ in hanc ſpeciem א ח ל ת ה ם diducuntur. Tertia decima triformis eſt מ ם ם. Reliquæ uniusmodi & ſui ſimiles.

10 Mem terminale ſive clauſum in לְםַרְבֵּה Jeſa. 9: 6. duarum vocum רַבָּה & לְמַרְבֵּה in diverſis olim codicibus exaratarum indicium eſt.

Ut

Ut enim docerent Masorethæ literas לְםַ in altera scriptione auferendas esse, pro מ mediano scripserunt ם finale. Hinc juxta lectionem unam locus vertendus: Amplitudini principatus & paci nullus erit finis. Juxta alteram: Multiplicatus est principatus & paci nullus est finis. Vid. Arcan. Keri p. 139.

Vav incisum vocis שָׁלוֹם Num. 25: 12. si- 11
gnificat duas scriptiones in antiquissimis olim codicibus variantes, quarum altera Joth gerit terminale, altera ם. Propter finale Joth legendum est : נֹתֵן לוֹ אֶת־בְּרִיתִי שָׁלִי id est, Do ei fœdus meum securitatem : propter ם autem, נֹתֵן לוֹ אֶת־בְּרִיתִי שָׁלוֹם: Do vel pono ei fœdus meum pacem.

DE LITERARUM ÆQUALITATE.

Literæ peræqua proportione scribuntur. Quæ 12
igitur solito sunt majores, indicant, in vetustissimis codicibus Bibliorum magnam vocalem vocis permutatam fuisse cum parva, aut contra parvam cũ magna. Sic אֶחָד Deut. 6: 4. est symbolum duarum vocum in diversis codicibus olim extantium, quarum una scripta fuerat אֶחָר altera verò אֶחָד, sensu Spiritus Sancti invariato.

Sic וְלִבְכֹּתָהּ Gen. 23, 2. scribitur cum כ minusculo, ut significetur, duas in diversis codd. extitisse voces, quarum una per cholem scripta וְלִבְכֹּתָהּ ad plangendum eam, altera per Schurek

rek וְלִבְכּוֹתָהּ & ad planctum Saræ. De his vid. Arcani nostri lib. I. c. 8. & 9.

LITERARUM SITUS.

Litera supra cæteras elata vel suspensa prævlæ vocis in altero codice transpositionem notat. ut יְכַרְסְמֶנָּה חֲזִיר מִיַּ[ע]ר Psalm. 80. 14. Significatur in uno codice hoc ordine venisse voces: יְכַרְסְמֶנָּה חֲזִיר מִיַּעַר in altero autem ordine vocum inverso: יְכַרְסְמֶנָּה מִיַּעַר חֲזִיר suffodiet eam *vineam*, plus quàm silvam, porcus. Vid. Arc. pag. 146. 147.

DE USU VERSIONIS LITERARUM.

13 Ut firmiores tyronum profectus faciam, eorum, quæ docentur, Usum, nisi per se pateat, præceptis subjiciam.

Primo igitur loco quid utilitatis vel momenti habeat literarum Hebraicarum versio expediendum est. Facit ea cùm ad origines vocum perdiscendas, tum ad corrigenda nomina, quæ vel librariorum incuriâ vel inscitiâ, in Septuagintaviralem versionem corruptissima irrepserunt. Ita ex unius literæ ז versione certa nominum radix & origo intelligitur. Quòd enim Evangelistæ constanter literam ז per Ζ, nunquam verò per Σ duodevigesimum elementum, extulerunt, manifestum est argumentum, eos Ναζαρὲθ, Να-

ζαρη-

ζαρηνὸς & Ναζωραῖος vocabula non ex vocibus נָצֶרֶת vel הַנָּצְרִי sed ex נֹזֶרֶת & הַנֹּזְרִי exscribere, atque adeo prorsus ab Evangelistarum scriptione alienum esse à Judæis confictum patronymicum הַנָּצְרִי, & halucinari interpretes, quotquot Jesaiæ vatis verba: *Et surculus ex radicibus ejus fructum feret*, ad explicanda Nazarethi vel Nazareni nomina attulerunt. Ita Λάζαρος scribitur ex nomine לְזָרָא i. e. in nauseam seu fastidium. Χαλακηνὴ Chalacene, Asiæ regio, ex חֲלַח. Ἰτουραῖος ex יְטוּר Jetur, Καπερναοὺμ ex כְּפַר נַחוּם Pagus Nachumi, Βηθφαγὴ ex בֵּית פַּגְעֵי Domus Phagi, quod nomen integrè enunciatum פַּגְעִיאֵל Phagiel. Ὡσαννὰ scriptum ex הוֹשַׁע־נָא non ex הוֹשִׁיעָה־נָּא. Jam, quia Chaldæi literas cum Hebraicis communes habent, ex consueta & perpetua Græcorum scriptione pariter Chaldaicorum nominum originem addiscemus. Nimirum Βοανεργὲς Chaldaicè scriptum fuit בְּנֵי הֶרְגֶּשׁ i. e. Filii tonitru, Βαρθολομαῖος בַּר תַּלְמַי Filius Tholmaj. Γεννησαρὲθ גַּנֵּי סָרֶת horti decem sc. urbium. Matth. 14. 34. Gennesar גַּנֵּי סַר 1. Macc. xi. 67. Γεθσημανῆ, i. e. torcular signi, גַּת כִּימְנֵי חוּזָא Χουζᾶ, Procurator Herodis. כָּרְזִין Χοραζὶν, i. e. locustæ. מַלְחָא Μελεᾶ. מְנָחִין, Μαινὰν. מְשִׁיחָא Μεσσίας. ex מָשִׁיחַ enim scriberetur Μασῖς vel Μασιὲ. סְטָנָא Σατανᾶς, ex Hebræo שָׂטָן natū Σατὰν. פְּרִישַׁאי Φαρισαῖος. Sed & Arabum Hebraicas literas

teras vertentium consuetudo veram Hebraicarum vocum originem & significationem prodat. Qui noverit, שׁ Hebraicum apud Arabes in س verti, is Arabum nomina גַּשְׁמוּ Nechem. 6:6. & גֶּשֶׁם non interpretabitur *imbrem* sive *pluviam*, sed repetet à جسم quod arabicè *corpus* denotat. כֶּשֶׂד à quo כַּשְׂדִּים Casdæi, derivabit à كشد *lucrum*, non ex כ & שָׂדֶה agro, neque à verbo كسد merx invendibilis fuit. דַּמֶּשֶׂק à أدم صشق, i. e. humus terræ rubræ. כּוּשׁ quo nomine Arabicæ gentis conditor insignitus, à كاس *casa*, astutus vel ingeniosus fuit, non à كاش *cascha*, terrore correptus fuit. Quantū ad emendandam τῶν ἑβδομήκοντα translationem valeat ista literarum in Hebraicis vocabulis extantium versio, ejus rei specimen luculentum in Onomastico dedi, Via decima, cap. 51. & 52.

LITERARUM DEFINITIO ET DIVISIO.

14 Literarum generalis divisio fieri solet in consonas & vocales. Speciales consonæ distinctiones habent plurimas. Nos eas I. dividimus in simplices ac compositas. Simplices duûm sunt generum, lenes & asperæ.

Lenes sunt, quæ memorantur ab Aleph

usque

usq; ad Sajin, primum ſibilum: א ב ג ד ה ו ז:
Aſperæ ſunt, quæ memorantur ab Heth uſque ad ſecundum ſibilum Samech, ח ט י כ ל מ נ ס. Ex lenib. & aſperis componuntur, quæ memorantur ab Hajin usq; ad ת ultimam Alphabethi literam, ע פ צ ק ר ש ש ת:

In his Hajin conflatum eſt ex חג Hg, Pe ex בו BV, ut figura id arguit, Tſade ex טו Ts, Koph ex כו Cv, ut pariter figura docet. Reſch literarum aſperrima ſimplici ſono memorari nequit. ש & ש componitur ex gemino וו & inſerto Joth. Thav denique ex Daleth ac Joth.

II. Ratione organorum oris eas diſtinguimus in Gutturales, Palatinas, Dentales, & Labiales. Gutturales א ה ח ע. 15

ALEPH enim eſt, qui imo gutture naſcitur ſuffultus ſpiritus. Tenuem iſtius loco adhibent Græci. ut Ἀδὰμ, Ἐφραὶμ, Ἰὼβ, Οὐρίας. Vetuſtiores pro eo F, digamma ſcripſerunt, non ut Priſcianus opinatur hiatus gratia, ut in iſto Alcmanis Æolidæ Poetæ: καὶ χεῖμα πῦρ τε δαFίον· & in hoc hexametro heroico:

Ἄμμες δFειρήναντο θεοὶ τοὶ δ' ὤμοσαν Fαιέν.

& in vocabulis, quæ Priſcianus legit in tripode vetuſtiſſimo Apollinis, qui ſteterat in Xerolopho Byzantii, ſic ſcriptis: ΔημοφάFων, ΛαοφάFων. lib. 1. fol. 7.

HE eſt, qui in ſupremis faucium confiniis emicat

cat suffultus spiritus. HETH, est suffultus, & in supremo gutture latior validiorque natus spiritus: verbo, He asperatum, non, ut quidam volunt, H duplicatum. Duplices enim seu compositae non memorantur in asperarum Classe. Germani, qui vim ejus nequeunt exprimere, Graecorum more pronunciant ut X, חֹרֵב Χωρήβ, Choreb. חִירָם Χιράμ, Chiram. יְרִיחוֹ Ἱεριχώ, Ῥαχήλ.

HAJIN, est spiritus, quem ex ח aspero & א leni compositum diximus. Affinitatem habere cum ח, & Arabes testantur, in quorum ore saepius Ajin cum Heth permutatum, ut لمع *lamaħa* vel لمح *lamaha*, utrumque enim est miscuit, fulmen, stella &c. Europaei, qui vim literae non assequuntur, eam cum Aleph tenuissimo spiritu confundunt, Graecos imitati. Quanquam hi frequentissimè, quum propter ח alteram literae partem, efferre totam nequeant, alteram saltem partem pronuncient, pro עַזָּה Γάζα, pro עֲמֹרָה Γόμοῤῥα, pro רְעוּאֵל Ῥαγουήλ memorantes.

16 II. In PALATINAS, quae sunt duplicis generis; aliae, quae nascuntur in palato posteriore, aliae, quae in anteriore. In posteriore palato fiunt Gimel, Joth, Caph, Koph. In anteriore Lamed, Nun, Resch. Has anteriores, illas posteriores dixeris palatinas.

GIMEL est, qui in palato inferiore producitur suffultus spiritus.

JOTH,

JOTH est, qui in supero palato nascitur suffultus Spiritus.

CAPH, est gestatus inque palati cœlo ad morem ג asperi expressus spiritus.

KOPH, est qui ex כ & ו literarum conjunctione existit spiritus.

In anteriore palato generantur ל נ ר, Liquidæ Latinis dictæ. 17

LAMED gestatus spiritus, qui in lingua contra superum palatum, quà primordium dentibus superis est, nitente excuditur.

NUN, Spiritus est fulciendus, qui sub convexo palati lingua inhærente versus nares & os agitur.

RESCH, vel RE, est, qui iterata linguæ crispatione tremulisque ictibus vibratur in palato, suffultus spiritus.

III. IN DENTALES, quæ & ipsæ sunt duplices: Aliæ, quæ audiuntur cum sibilo, aliæ, quæ sine sibilo memorantur. 18

DENTALES, quæ cum sibilo audiuntur, sunt Sajin, Samech, Tsade, Schin & Sin.

ZAJIN, est spiritus suffultus, qui mucrone linguæ ad primores dentes leviter applicato, lenissimè sibilat.

SAMECH, est, qui linguâ inter anteriores dentes dilatatâ sibilat, fulciendus spiritus.

TSADE, ex ט & ז compositus sibilus.

SCHIN, sibilus tenuis, quem admixto Joth ad superiores dentes dirigit lingua.

SIN

SIN, Sibilus tenuis, quem aſſumto Joth per inferiores agit dentes lingua.

DENTALES, quæ ſine ſibilo efferuntur: Daleth, Teth, Thav.

Daleth, eſt qui in verberatis leniter dentibus innaſcitur ſuffultus ſpiritus.

Teth, Spiritus geſtatus, qui aſperius lingua dentibus impulſa excuditur, verbo, aſperatum Daleth.

Thav, eſt ex conjunctione ד & ו natus Spiritus. Reſpondet Bohemorum *ď*, quam ſupernè decuſſatam ſcribere ſolent, & Amharicæ literæ in vocibus *Da*d, *Badaba*d, *Wo*d, *Sender* & aliis. Vid. Ludolf. Hiſt. Æthiop. Prooemii lit. A. 3. & Onomaſt. noſtrum p. 705.

18 IV. IN LABIALES, Beth, Vav, Mem, Pe. BETH, eſt qui inferioribus leniter compreſſis labiis formatur ſuffultus ſpiritus.

VAV, eſt qui per conſtricta labia procedit ſuffultus ſpiritus.

MEM, Spiritus fulciendus, qui impreſſis invicem labris clauſoque ore formatur.

PE, eſt ex ב & ו conflatus Spiritus. Hunc Græcus ſermo non habet, quia nimirum & Vav conſona deſtituitur. Parum diſcrepat Germanorum **Pf**/ quod memoratur in vocibus **Pfund/ Pforte/ Pfal/ Pflum/ Pfeil/ Pflantze/** ortis ex Latinorum nominibus, pondo, porta, palus, pluma, pilum, planta. In principiis conſtructionum & poſt ſcheva muteſcens vulgo per P efferunt,

ſed

ſed Hieronymi judicio abuſivè, h. e. abſonè & indoctè. Sciendum, inquit libro de nominibus, quod apud Hebræos P, litera non habetur, nec ullum nomen eſt, quod hoc elementum ſonet. Abuſivè igitur accipienda, quaſi per F literam ſcripta ſint. Idem in Nominibus de Actibus Apoſtolorum ſcribit: Quia, ut ſupra dixi, P, literam non habent, propterea Piſidiam per F, efferunt. Græci pro eo Φῖ & Π utebantur, quamvis neutrum ſonet, ut Φανουὴλ, Φαραὼ, Φιχὸλ, Νεφθαλεὶμ, Κάππα, Σάρεπτα, Ἰάπετος, παράδεισος, quos quum hactenus imitemur, excuſari quodammodo poteſt, quando פּ leni dages affectum pronunciamus, ut P, & non dageſſatum, ut Φ. Cetera petantur ex Onom. Sacri pag. 700. & 701.

LITERARUM COGNATIO.

III. RATIONE COGNATIONIS di- 19
ſpeſco conſonas in homogeneas & heterogeneas. Homogeneæ ſunt, quæ eodem oris organo formantur; heterogeneæ, quæ diverſo, ut א & ב, Beth & Gimel, ג & ד, Daleth & He, ה & ו, Vav & Zain &c.

Uſus diſtinctionis erit in doctrina de literarum coagmentatione, lectione, permutatione, aphæreſi & eliſione, quæ uberiùs tradenda ſuis locis reſervantur.

LITERARUM QUIES ET MOTUS.

20 IV. RATIONE LECTIONIS literas diſtin-
guo in mobiles & quietas. Mobiles ſunt,
quibus vocalis aut ſcheva mutum ſub-
21 jungitur, ut אַבְשָׁלוֹם אַהֲרֹן Litera
mediana, cui non ſubjicitur vocalis, ob-
muteſcit, יִשָּׂשכָר Jiſſacar. מְחוּיָאֵל Mechu-
ja'el. מְלָאכָה opus. יִרְאִיָּה Jir'ija, id eſt, יְרֵאִי
יָהּ timens Dominum. Jerem. 37: 13, 14.
לָראוּבֵנִי larubenì, Deut. 1:12, 13. Joſ. 13. 18.
De בַּיהוָה & הַיהוָה vide in iis, quæ per com-
pendium ſcribuntur.

22 Nunquam duæ conſonæ vocis effabi-
lis continuò quieſcunt. Hinc וָאֵרֶאה Joſu.
7:21. וּפְנֵי Prov. 15:14. & נְשִׁיאם Nech. 5:
7. & פֶּלִיא Jud. 13: 18. non ſunt voces ef-
fabiles, ſed effabilium notæ vel ſymbola.

23 Poteſt aleph poſt omnia vocalia puncta
quieſcere, etiam poſt ſcheva, ut חֵטְא *pec-
catum*, & poſt (ׂ) ut לֹא *ſi*: & poſt pathach
in medio vocis poſitum, ut וַאשִׁיר לַארֹנָי
כַּאבִיר׃. Si conſtituat tertiam radicalem,
poſt pathach moveri nequit. Hinc מָצָא
legitur, non מָצַא & מָצָאנוּ invénimus, non
מָצְאנוּ.

24 Aleph immobile in flexu verbi tranſit
in

in elementum mobile, ut מָצָא מָצְאָה invénit ipse, invénit ipsa.

He medium quiescit post Kametz vocalem in פְּדָהצוּר Pedatsur. Numer. 1: 10. עֲשָׂהאֵל Hasael. 2. Sam. 23: 24. חֲזָהאֵל Chazael 2. Chron. 22:6. 25

He finale quiescit post magnas Kamets, Tsere & Cholem: item post parvas Segol & Kibbuts, ut אֶרְאֶה videbo, יִקְרְחֻה radent. Levit. 21: 5. Simile Chaldaicũ שָׁלָה error, pro שָׁלוֹ Dan. 3: 29. 26

Nunquam ה quiescit post Pathach, nisi in voce מַה; quoniam, ut opinor, vicarium est ipsius Segol, & מַה loco מֶה scribitur. 27

Quod semel in verbo quievit ה, id in eo propter flexum non transit in mobile. ut גָּלָה גָּלְהָתְ גָּלִיתָ גָּלוּ non גָּלְהוּ 28

VAV in voce effabili non quiescit nisi post cognatum Cholem & Schurek, ut יָדוֹ manus ejus. תֹּהוּ vacuum. Igitur לִמְשׁוֹסָּה Jesa. 42. 24. vox effabilis non censetur, sed duarum effabilium index vel argumentum, de quo Arc. Keri p. 245. 29

JOTH finale non legitur nisi post vocalem heterogeneam, ut יָדַי jadaj, manus meæ. אֲדֹנָי Adonaj, Dominus, caussa rerum. גּוֹי Goj, gens. תָּלוּי thaluj, suspensus. 30

31 Post homogeneam Joth silet, פְּרִי peri, דִּבְרֵי dibre. הַשְׁמֵיד haschmed, perdendo. Amos 9:8.

32 Joth medianum silet post puncta heterogenea ּ & ּ ut יָדֶיהָ manus ejus, ihre Hände/ יָדָיו manus ejus, seine Hände.

33 V. ALIUD discrimen literarum est inter stabiles, quæ in dictione sua nunquam abolentur, ut quæ scheva nec subjectum nec vicinum habent; & inter instabiles aut fugaces, quæ pereunt post scheva mobile, ut in יְדוֹ pro יְהוֹדוֹ ut ה in בַּיּוֹם pro בְּהַיּוֹם vel ante similem scheva possidentes, ut סַבּוּ pro סָבְבוּ circumdederunt, vel quæ cum Segol ante congenerem segolatam scribuntur, ut לֵת pro לֶדֶת párere, בַּת pro בֶּנֶת filia; vel in composito verbo reditura literæ ut ב in אַבְרָהָם Abraham, quod conflatum ex אב רב המ Pater multus multitudine. Vid. cap. de literarum Abolitione.

34 VI. SUNT etiam literæ, quarũ vis intendi vel geminari potest: sunt, quæ nec intendi nec geminari solent. Intendi possunt בגד כפת, non possunt reliquæ. Geminantur omnes præter אהחע gutturatas. Intensarum geminatarumque signum est umbilicale punctum Dages, de quo postea.

VII. PORRÒ vel minimam vocis partem consti- 35
tuunt literæ, vel integræ vocis notam. Prout vocem constituunt, dividuntur in radicales & serviles. Radicales dicimus, quæ efficiunt vocem primitivam, ut tres literæ verbi שָׁמַע audivit, ac tres nominis אֹזֶן auris. Serviles, quæ radicalibus junctæ vel primitivum variant, vel initio, ut יִשְׁמַע audiet, מִשְׁמָע auditio, לְמִשְׁמַע ad auditum, וְאֹזֶן & auris: vel in fine, ut ה in שִׁמְעָה audi, & Caph in אָזְנְךָ auris tua: vel initio ac fine, ut מִשְׁמַעַת obedientia, בְּבָרְחוֹ *cùm fugeret ipse:* vel in medio, fine & initio, ut יְבָרְכֶנְהוּ benedicet ei.

DE LITERARUM COAGMENTATIONE.

RADICALES dividuntur in sociabiles ac disso- 36
ciabiles. Superbissimum quippe metuentes aurium judicium Hebræi etiam atque etiam cavent, ne literarum incongruâ juncturâ vasti vel peregrini soni verbum oriatur. Itaque nulla radix tribus constat gutturatis, nulla tribus labialibus, nulla tribus posterioris palati palatinis, nulla prioris, nulla denique tribus dentalibus, quæ vel sibilum sonant, vel cum sibilo non memorantur. Nulla trium mobilium literarum radix inchoatur à duabus congeneris. Itaq; Babel non venit à *Babal*, & Mephibóscheth non est ortum à *mapha*, nec denique שָׁשַׁר thema constituat, cùm שָׁשַׁר Indicum, scribatur loco integri nominis שַׁרְשַׁר à שׁוּר intueri, unde etiam שְׁרִירוּת aspectus. Gutturales ח & ע conjungi nec initia nec fines verborum patiuntur. Itaque

יַרְחָע Servus Scheschani Ægyptius, vel compositum ex Hebraicis vocibus, vel Ægyptium nomen gerit. 1. Chron. 2: 34.

38 Nulla radix inchoatur à duabus congeneris labialibus. Igitur בַּוַּי Bavvaj, coivit ex בְּאַוֵּי cum desiderio Domini. Nech. 3: 18. & וָפְסִי Vophsi, pro יָסְפִּי dictũ deducitur ab יָסַף Num. 13: 14. A duobus ד inchoatur vbũ דדה ex quo אֶדַּדֶּה. Sed טוֹטָפוֹת frontalia, frontem seu manum *ambientia* monimenta, compositum nomen est ex טפות טָפוֹת à verbo טוּף cui respõdet Arabib⁹ frequentatũ طَاْفَ circumivit.

39 Nulla radix, quæ tribus constat mobilibus literis, inchoatur ab ea litera, quâ finitur, nisi, quæ inchoat, fuerit Nun vel sibilans, ut שָׁלוֹשׁ: נָתַן: נָגַן: נֶרֶן: שֶׁמֶשׁ: Vid. Onom. S. p. 26. vel inter labiales media ponatur liquida vel composita litera, ut בָּלַם constrinxit, Psalm. 32: 9. פָּרַם discidit, פָּעַם agitavit, פָּצַם diffregit.

40 Regulam non migrat בְּהִים unde concisum legitur nomen singulare הַבִּים in composito שֶׁנְהַבִּים quod est, *dens elephanti*; quia ם servile est, ut in פְּנִים interior, intimum, 1. Reg. 6: 29. & in בְּלִים i. e. nihil, à quo declinatur בְּלִימָה femininum, Ijob 26: 7. Finitur etiam literâ servili ם ברום unde בְּרוֹמִים gazæ splendidæ vel selectæ. Ezech. 27: 24. Radix enim nominis est בָּרָה selegit, cujus collactaneum בְּרִי splendor, serenitas.

41 Neque sibilantem simplicem dentalis non sibilans præcurrit. Nulla igitur radix inchoatur à
דז:

דַּז: דַּס: neque finitur syllabis דַּז: דַּס: טַז: טַס:
טַז: טַס:

Nullum verbum tribus constans diversis mobilibus literis orditur à palatinis anterioribus. 42
רנ נר לר רל לנ נל In רָנַן media geminata verbum facit biliterum.

Principalis gutturata non admittit ultimam He 43
mappicatam. Non igitur in Hebraismo fuit verbū
אָלַהּ ex quo derivetur אֱלוֹהַּ Dei nomen, & Arabes
verbum ألّه ex nomine Hebræo formaverunt.

Vav litera neque inchoat, neque finit radicem. 44
Vaheb loci nomen Num. 21: 14. radicem habet
יהב dedit. *Vanja* viri vocabulum Ezr. 10: 36.
manat ab יָנָה vi aut fraude oppressit. Hesav, est
ab עָשָׂה fecit.

Nunquam Vav in medio radicis movetur, 45
nisi ante vel post gutturatam, ut אָוָה: עָוָה: קָוָה:
עָוַל: עָוַר: עָוַת Itaque דָּוִיד non est à דּוּר sed à
יָרַד factumque דָּוִיד ex וְדִיד & יָוָן Javan, nomen
traxit non à יָוָן sed ab יַאֲוָן cujus radix יָאָה pulcrum esse. Denique מָוֶת pro מְתוֹ positum derivatur à מָתָה unde etiam מְתִים & מְתִים homines mortales, ut אָוֶן manat ab אָנָה.

Joth litera nunquam incipit verbum quie- 46
scens mediâ Vav. Quare יוּטָּה urbis nomen nequit à יוט derivari, quum sit à נָטָה. Unde etiam יֻטָּה scribitur. Josu. 15. 55. & c. 21. 16.

Joth mobile non est radicis medium, nisi 47

contiguam sortiatur gutturalem. v. gr. הָיָה: חָיָה אֵיב: עַיִף Malè igitur in radicum numero habetur שִׁין quum sit ab שָׁנָה mutavit. Vid. Arc. Keri p. 112. ut קִין possessio à קָנָה. Sic בַּיִת non est ipsum thema, sed à themate בּוּת derivatum, ut צַיִד venatio à צוּד venari.

48 Joth nunquam est tertia radicalis.

49 Lamed principalis tertiam ר & ע aversatur. Quare מַלְתְּעוֹת Psalm. 58. 7. non est deflexum à לָתַע sed à תָּלַע & nativus literarum ordo est in מְתַלְּעוֹת Joel. 1:6. & Prov. 30: 14.

50 Nulla radix habet interjectam literam gutturalem inter congeneres Palatinas גיכק.

51 Sibilantibus diversis litera nulla interponitur.

52 Gutturatæ mobiles in fine primitivorum non geminantur. Itaque מִתְלַהְלֵהַּ trajectis literis exaratum est loco מִתְהַלְהֵל quod insanientem notat. Ipsum verò מִתְמַהְמֵהַּ *cunctans*, in Cal inusitatum, Coccejo judice, originem debet ipsi מָה cunctantium voci.

53 Nulla radix in diversæ speciei labiales desinit, בּוּ: בָּם: בַּף: מוּ vel inverso ordine וּב: מַב: פַּם: Hinc שָׂפָם mystax, non constituit radicem, finalis enim est servilis litera. Pariter ם servit in יָבָם levir, quod nomen additâ augmentativâ literâ figuratum ex יְהַב onus: A nomine deflexum verbum יִבֵּם Leviri jus & officium præstitit.

Nulla

Nulla radix desinit in diversæ speciei Palatinas. 54

Syllabæ לן - & נר - & נם non possunt esse terminales. עָנֵר Haner descendit à רָעַן sive רַעֲנָן virescere. שָׁלוֹן Schallon à שָׁלָה tranquillum esse. שׁוּנֵם Schunem dicitur loco שׁוּמֵן & הֲנוּם est à נָהַם gemuit. עָנֵם Hanem ab עֵינַיִם i. e. fontes. 55

NUNQUAM vel Gutturatæ vel י Palatina, vel נלר liquidæ, vel sibilantes, vel post liquidam labialis in syllabæ trium literarum fine moveri possunt. Ideo pro וַיִּרְאֶ & וַיַּרְאֶ scriptum וַיַּרְא & vidit, & ostendit, cum א muto. Pro יִרְאֶ scriptum יֵרָא videbit. וַתֵּתַע dictum pro וַתִּתְעֶ & וַיְהִי cum Joth muto, pro וַיְהִיַ Sic pro וַיַּקְשֶׁ dictum וַיַּקְשׁ & obduravit. pro וַיִּרְבֶּ dictum וַיִּרֶב & augebit. De his fusius agetur Capite Abscissionis. 56

USUS

REGULARUM DE LITERIS INSOCIABILIBUS.

Regulæ insociabilium literarum, errores arguunt Lexicographorum pro arbitrio suo fingentium radices, quæ effici nulla ratione queunt, & ad Hebræorum aures nunquam permanarunt. 57
Earundem regularum ope & indicio, veræ nominum verborumque radices deteguntur. Quæ enim literæ secundum coagmentandi canones radicem constituere nequeunt, eæ ad aliam redu- 58

ctæ originem, sæpius radicem vel aliunde notam, vel penitus antea ignoratam produnt. Verbi gr. secundum leges insociabilium literarum, תַּחַת non efficit radicem. ת igitur finale generis nota fuerit, in cujus locum surrogato He radicali, verbum excuditur antea ignoratum תָּחָה unde deflexa ejusdem viri ad analogiam nomina תֹּחוּ Thóchu. 1. Sam. 1: 1. & תּוֹחַ Thóach 1. Par. 6. 19. nam Thóchu ad formam תֹּהוּ & Thóach, excusum ut נֹהַ lamentū. Sic מִנְלָם Job. 15: 29. & כַּנְלוֹתְךָ Jes. 33: 1. contra coagmentandi regulas derivantur à נָלָה radice impossibili & inaudita. Transpositis literis prior dictio reducenda ad radicem נָמַל unde existit נְמָלָם succidere eorum ut בִּקְעָם est *diffindere eorum.* Amos 1: 13. hinc vertas locum: Non ditescet *improbus*, neque stabunt opes ejus, neque extendet se in terra succidere, *i. e. succisio* eorum. כַּנְלוֹתְךָ compositum est ex verbis כַּנּוֹת & כְּלוֹת. Et כַּנּוֹת quidem deflexum à כָּנַן ut חֲנוֹת ab חָנַן misereri, & שַׁמּוֹת à שָׁמַם desolare. Statuendi vel firmandi significationem habuisse constat ex derivato nomine כַּנּוֹ quod statum sive basin, aut metaphoricè *scapum labri* denotat. Exod. 38: 28. Usum verò verbi arguunt virorum nomina, כְּנָנִי statuit me DEUS. Nechem. 9: 4. כְּנַנְיָהוּ Chenanjahu, in statu collocavit Dominus. 1. Par. 15. 22. & c. 26: 29. Vertamus igitur laudatum Jesaiæ locum: Postquam in statu collocaveris perfecerisque perfidiam, perfidè

fidè agetur contra te. Wenn du wirst zum stand gebracht und vollzogen haben deine Treulosigkeit/ wird man auch mit dir treuloß handeln. Sic לָתַע juxta coagmentandi canones est radix nihili, eo quod ל principalis litera tertiam ע aversatur, unde colligitur מַלְתְּעוֹת Psal. 58:7. transpositis literis legi, pro מְתַלְּעוֹת id est, molares dentes. Joël. 1:6. Prov. 30: 14. & primitivum esse תָלַע. Porrò quod radix nulla in duas diversæ speciei labiales desinit, communis reprehenditur Lexicorum error, quæ שָׁפַם radicem faciunt. Et ne verbum יְעַלְּעוּ Job 39: 30. vel ad לוּעַ vel ad עָלַע tanquam ad originem referamus, vel initialem finali literæ in radice trium mobilium consonarum faciamus consimilem, vetant insociabilium regulæ. Reducemus autem ad radicem effabilem, si positum dicamus יְעַלְעוּ literâ, quæ debebat iterari, elisa, pro יְעַלְעֲלוּ vel יְעַלְעֲלוּ extrahent, ex verbo עָלָה quemadmodum יְשַׁעְשְׁעוּ oblectabant se, venit ab שָׁעָה oblectavit se. Versio loci: Etiam pulli ejus extrahunt sanguinem, i. e. sorbent. יְעֹעֵרוּ Jesa. 15: 5. salvâ regulâ de iisdem literis radicem non inchoantibus, non deducitur ab עָעַר Trajectis enim figuratum est literis pro יְרֹעֲעוּ vociferabuntur formæ יְקוֹמְמוּ vel יְקוֹמֵמוּ cujus Pyhal יְרוֹעַע vociferatio agitabitur. Jesai. 16: 10. Radix est רוּעַ vociferari. Versio loci: Via Choronajim clamore fragoso vociferantur. Sic בָּבַת

Pu-

Pupilla, non venit à בָּבָה neque hoc verbum ulli-
bi frequentatum, sed componitur ex בָּה־בַת *in qua est filia*, vel imago, He cum mappik in compositione exteritur, ut in בָּבֶל quod dicitur vice בָּהּ בֶּלֶל i. e. in qua confusio, ubi duo segolim contrahuntur in unum, ut in אֶמֶת pro אֱמֶנֶת. Porrò יַיִן malè accensetur primitivis, ponendum in derivatis ab יָנָה i. e. vi vel fraude oppressit, ut קַיִן manavit à קָנָה possedit.

De Literis Integrarum Vocum Notis.

59 Notarum vicem gerit litera, quando vel Scripturæ compendium, vel integram vocem, vel numerum significat. Integram vocem, ut ק׳ positum pro קְרִי i. e. lectum, כ׳ pro כְּתִיב i. e. scriptum. פ, pro פְּתוּחָה Sectio major, aperta. ס, pro סְתוּמָה Sectio minor eaque clausa. De talibus videndus Buxtoxfius in Abbreviaturis.

60 Numerorum notæ in tres Classes dividuntur, una continet numeros monadicos, altera denarios, centenarios tertia.

Monadici	9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.
sunt:	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
Denarii:	90.	80.	70.	60.	50.	40.	30.	20.	10.
	צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
Centenarii.	900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.	200.	100.
	ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק

Ex

Ex his Mixti vel intermedii:	19.	18.	17.	16.	15.	14.	13.	12.	11.
	יט	יח	יז	יו	טו	יד	יג	יב	יא
	29	28	27	26	25	24	23	22	21
	כט	כח	כז	כו	כה	כד	כג	כב	כא
	39	38	37	36	35	34	33	32	31
	לט	לח	לז	לו	לה	לד	לג	לב	לא

Et sic deinceps. Pro 15 ponunt טו 9. & 6. non יה, vel discriminis ergo, ne numerus cũ יָה DEI nomine confunderetur, vel reverentiæ causa, ne in usu numerandi nomen divinum profanaretur.

CAPUT II.

DE HEBRÆORUM PUNCTIS.

Summaria.

Punctorum vocalium differentiæ. Nova distinctio in magnas, parvas, ancipites, & semiparvas. Semiparva solitaria & sociata. De Scheva solitariæ sono, motu, quiete. Semiparvæ, quæ cum scheva sociantur. Chatephpathach & Chatephkamets sub non gutturatis literis, quid significent. Pathach furtivum non discrepat à parvo, non constituit diphthongos, literam præmittit non scriptam. Literæ quæ post magnas vocales promiscuè leguntur vel obmutescunt. Discrimen punctorum similium. Vocalium variæ distinctiones in cognatas & alienas, vicarias & principales, toni patientes, impatientes. Vocalium cum literis cognatio. Regulæ vocalium generales. Syllaba ejusque differentiæ. Literæ in syllabam cum vocalibus coeuntes. De vocibus, quæ scribuntur cum vocalibus alienis. Nomina Dei per compendium scripta. Scriptio nominis

minis ירושל◻ם. *De Kethib & Keri. De punctis exterminantibus.*

1 PUNCTA ſunt trium generum: vel vocalia, vel diſcretiva, vel exterminantia.

2 Vocalia, quæ uſitatiùs Vocales adpellantur, ſunt quatuordecim. Ac vulgo in tres ſpecies dividi ſolent, in longas, breves & breviſſimas.

I. Longæ habentur:	II. Breves:
[ָ] Kamets.	[ַ] Pathach.
[ֵ] Tſere.	[ֶ] Segol.
[ִי] Chirek magnum.	[ִ] Chirek parvum.
[וֹ] Cholem.	[ָ] Kametzchatuph.
[וּ] Schurek.	[ֻ] Kibbuts.

III. Breviſſimæ.

ֲ Chateph pathach.
ֱ Chateph ſegol.
ֳ Chateph kamets.
ַ Pathach genuba ſ. furtivum.

3 Subtilius verò & copioſius in quatuor ordines Vocales Hebræorum diviſeris: In tres magnas, tres parvas, tres ancipites, & quatuor ſemiparvas. Magna eſt, quæ de tempore tria poſſidet ſemis, cum accentu quatuor: Parva duo, cum accentu tria: Anceps, quæ in magnæ parvæque vicem dari queat,

queat, nunc tria vel quatuor, nunc duo vel tria tempora sortitur: Semiparva duntaxat unum. Tempora dico moras, quæ fiunt in pronunciatione vocalium.

PRIMUS ORDO, MAGNARUM. 4

Figura.	*Nomina.*	*Cognomina.*	*Pronunciatio.*
[ָ]	Kamets, ab oris collectione.	Kamets magnum, resp. Tzere, quod parvum dicitur.	A longum, ut in arâ, velámen, & in Germanorũ Jahr/ Wahl/ Schwager. α longum; ut in אָדָם Adam.
[ֵ]	Tzere, à stridore, vel oris angustia.	Kamets parvum, quòd in ipsius effatu os magis contrahitur.	E longum, ut in Me, Te, Se, pronominibus; in Heer exercitus, schwert/ jurat, legt/ i. e. ponit. η Græcum. ut in אֵל El, Deus. תֵּבֵל Thebel, *orbis.*
[וֹ]	Cholem, quòd compactis vel cohærentibus labiis memoratur.	Male pum, i. e. ore pleno efferendum.	O longum, quod sonat in otio, pomo, ventoso. Ohr/ Lohn/ Sohn. ω græcum, ut in אוֹרוֹ lux ejus.

II. PAR-

II. PARVARUM.

Figura.	*Nomina.*	*Cognomina.*	*Pronunciatio.*
[-]	Pathach ab oris apertione.	Pathach magnum, resp. ipsius segol. Itẽ pathach furtivum, quod sub gutturatis scriptũ, ante gutturatas legitur.	A breve & clarum, quod auditur in arma, castra, maria. In germanicis Fall/hart/ α breve græcor. ut in דַּרְדַּע Dardah.
[∴]	SEGOL, à botri figura.	Pathach parvũ, resp. pathach magni. Schéber parvũ, resp. ipsius Chirek.	E correptum vel dilutum, ut in ergo, perpere, ferre, velle. & in vernaculis, Hertz, Schwerdt/Pferd. E ψιλὸν. אֶרֶץ Erets נֶפֶשׁ Nephesch.
[ᵀ:]	Kamets chatuph, i. e. Kamets raptum s. correptum.	Male pum, i. e. pleno ore memorandũ, quod nomẽ commune cum Kamets magno habet.	O breve, quem sonum reddit in Romanis vocibus: Corpora, poscit, anchora. In germanicis, Roß/Wort/Sonn: o μικρόν. גָּלְיָת Goljath.

TERTIUS ORDO COMPLECTITUR 6
ANCIPITES.

[ִ] punctũ infra literam, vel [י ִ]	CHIREK à ſtridore dictũ.	CHIREK gadol i. e. magnum, ſive Chirek cum Joth.	Anceps Jota Græcorum. Valet igitur I longum, ut in vinũ, ira, nutritus; gib/ mir/ dir/ Ziel; גִּילִי exſulta, יִבַשׁ areſcet.
		Chirek katon i. e. parvum, ſ. Chirek ſine Joth. Scheber magnum.	I breve, ut in virtus, iter, Will/ Strick/ ſtill. לִיסּוֹד liſſod, fundare, 2. Par. 31: 7. לִיקְהַת obſequiũ. דִבָּה dibba, rumor. יִלְבַּשׁ jilbaſch, induet.
[וּ]	SCHUREK, à tenui ſibilo.	Kibbuts, i. e. ore collecto efferendum.	U longũ, ut in puro, mugire, mulus. Trug / Muth / Schnur / Ruhm. אוּר ur, ignis, קוּמוּ kumu.
			U breve, ut in Truck / Mund / Gurt / cingulum. curritur, muliercula, ſuperbus: סֻכּוֹ ſucco, i. e. tuguriũ יֻשַּׁר Hoſ. 10: 14.

[ֻ]	Kibbuts.	Kibbuts Sephathajim, i.e. collectio labiorum.	Υ ψιλὸν anceps Græcorum. Valet enim U breve, ut in Teutonico ֻ, Würffel/ Dürr/ Bürde / יְכֻסֶּה jeküsse, operietur, לֻקֳּחָה Lük-

kocha, sumta; & U longũ, ut in Teutonico schwürig/ langwührig: תֻּשִׁיָּה fundamentum, Job. 30. 22. pro תּוּשִׁיָּה Job. 5: 12.

QUARTUS ORDO COMPLECTITUR SEMIPARVAS.

7 Semiparva est vel solitaria, vel sociata. Solitaria dicitur sejunctum à parvis Schevâ; Sociata, quod cum parvis conjungitur Scheva.

8 Semiparvæ Solitariæ.

Figura.	*Nomen.*	*Cognomen.*	*Potestas.*
[:]	שְׁוָא ab æqualitate soni parvarum, quem affectat.	חָטֵף i.e. rapiens vel corripiens, quando associatur parvis.	1. Movere literam. יֵשְׁתְּ jeschth, bibet. 2. Sonare correptum Segol, ut בְּרִית berith. 3. Certis conditionibus obmutescit.

Semi-

SEMIPARVARUM SOCIATARUM 9

Figura.	Nomen.	Cognomen.	Poteſtas.
[ֲ]	Chateph pathach, id eſt, corripiens Pathachum.	Scheva pathachatum.	Sonat pathach correptum, ſive tempore minutum.
[ֱ]	Chateph ſegol, i. e. corripiens ſegolum.	Scheva ſegolatum.	Segol correptum, ſive tempore minutum.
[ֳ]	Chateph kamets, i. e. vocalem Kametschatuph corripiẽs, vel Kamets correptum corripiens.	Scheva cũ Kametschatuph conjunctum.	Kametschatuph tempore minutum.

DE SCHEVA SOLITARII SONO. 10

SCheva proprium habere ſonum correpti ſegol, primùm ex eo colligitur, quod ſcheva quietum ac mobile in una eadem voce permutatur cum ſegol, ut קְשֹׁט & קֹשֶׁט veritas. וַיְהִי & וַיֶּהִי & erit. עַבְדְּךָ & עֲבֶדְךָ ſervus tuus. Deinde ex eo, quod vocalem ſcheva iisdem, quibus ipſam ſegol, vocalibus extulerunt Græci. Ut enim pro ſegol, ita pro ſcheva iidem α & ε ſcribunt, צְבָאוֹת Σαβαώθ.

βαώθ כְּרוּבִים χερουβείμ. Quod autem ſegol nunc per α nunc per ε reddunt, id à nativo ejus proficiſcitur ſono, qui inter α breve & ε ambigit. Ob eam affinitatem apud Hebræos Pathach & Segol communi gaudent nomine. Siquidem τὸ [-] vocant Pathach magnum, τὸ [ֶ] Pathach parvum. Neque ab hoc effatu Græcorum transſlatio diſcrepat, niſi quum ad vocis vernaculæ ſimilitudinem vocem aptant, ut פְּרָת Ἐυφράτης, tanquam ſi nomen iſtud amnis oriretur ἀπὸ τοῦ ἐυφραίνειν. Φυλιστιείμ, ὡς ἀπὸ τῆς φυλῆς. Ἀλληλούια, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀλλήλου. Vel quando cum affinibus aut collactaneis pèrmutata nomina enunciant, ut pro יַחְצְאֵל Ἰεσεήλ ſcripſerunt Ἀσιήλ, ex forma congenere חַצִּיאֵל Gen. 46: 24. pro יְשַׁעְיָה Ἰεσαίας ſcripſerunt Ἡσαίας, ex vocabulis יֵשַׁע יָהּ i. e. Salus Domini. Vel quum ante ο, aut literas labiales Β, Μ, Φ, pro ε amant ο, ut Σόδομα pro Σεδόμ, Σολομὼν pro Σαλομὼν, Ζοροβάβελ pro Ζερουβάβελ. Ἱεροσόλυμα pro יְרוּשָׁלַם Ῥοὸβ, pro Ῥεχὸβ, Num. 13: 21. Σοφονίας, pro Σεφανία. Soph. 1: 1. Ῥομελίας pro Ῥεμαλία. 2. Reg. 15: 25.

DE MOTU ET QUIETE SCHEVA SEMIPARVÆ SOLITARIÆ.

11 SCHEVA diſtingui in mobile & immobile ſolet.

Scheva movetur initio ſyllabæ. Ea de cauſſa legitur 1. initio vocis, ut בְּנֵי benì,

לְדָוִד

לְדָוִד ledavid. 2. ſub dages, ut שַׁבְּחוּ ſchabbechù; nam absq; dages verbum hoc ſcribatur שַׁבְבְחוּ. Sic רַנְּנוּ ran-nenu, cantate, 3. Poſt magnam inferiore accentu tonico carentem, ut נָתְנוּ nathenù, non nathnu. פָּקְדוּ Pakedù, non pa-kdù viſitarunt וַיְכַל wajjec'al, & conſummavit. 4. poſt ſe ipſum in vocis medio, ut יִלְמְדוּ diſcent.

Scheva non movetur in ſyllabarum fi- 12
nibus. Silet ergo, 1. in fine vocum, ut יָלַדְתְּ jaladth. 2 poſt parvam ſub litera non dageſſata, vel ſine Metheg accentu ſcriptâ, ut יִתְרוֹ Jithro. אַבְרָם Abram. 3. ante ſeipſum, ut יִפְקְדוּ jiphkedu. 4. Poſt magnam primario accentu tonico affectam, ut in אַרְצָה ártza, terram verſus. פְּקֹדְנָה viſitate. בֹּשְׁנוּ bóſchnu, erubeſcimus.

Nec audiendi ſunt, qui propriè nullum eſſe 13
ſcheva mobile contendunt. Refutat 1. eos literarum natura, quæ nec ante ſeipſas, nec ante congeneres liquidas ullo oris niſu enunciari queunt. Experire hoc in ſequentibus, & pronuncia, ſi potes, דְדָן Ddan. כְּכֹהֵן kkohèn. מִמַּלֵּא mmalle'. תִּתְהָרֵה ththahare, *loricaberis*. לְמוּאֵל lemuel, נְתַנְיָה Nthanja נְקוֹדָא Nkoda, Ntſib, Rphaim, bkirbi, mphakked, Jruſchalaim, llammed, ad docendum, nnatthek, nzamer, cantabimus, רְנָנִים rnanim, lnini. 2. Adverſatur eis accentuum do-

ctrina, ubi ſcheva poſt vocalem magnam conſtituit ſyllabam, ut לָמְדָה didicit, פָּקְדוּ viſitarunt, cenſentur triſyllaba. 3. Eam opinionem jugulat Gaħja tonicus accentus ſuperior, qui ſcheva lateri ſuo hærenti motum tribuit, unde ſcheva ejusmodi duo ſortitur tempora: unum, quà ſemiparva eſt vocalis; alterum, quà Gaħjam adoptat.

DE SEMIPARVIS

CUM SCHEVA SOCIATIS.

14 Pathach, Segol & Kametschatuph vocales parvæ, cum ſcheva ſociatæ, fiunt Semiparvæ. Scheva enim additum eas tempore minuit, unde prima, quæ minuitur, vocata Chatephpathach, ſecunda Chatephſegol, tertia Chatephkamets. Re-
15 periuntur I. ſociatæ ſub gutturalibus loco ſcheva mobilis, ut אֲנָשִׁים pro אְנָשִׁים viri. אֱלִישָׁע Eliſchaħ, pro אְלִישָׁע. Sic חֳלִי morbus pro חְלִי.

16 II. Reperiuntur ſociatæ ſub gutturalibus loco ſcheva immobilis, ut יַעֲבֹר tranſibit, pro יַעְבוֹר, ut הֶחֱזִיק apprehendit pro הֶחְזִיק, ut יָעֳמַד ſtatuatur pro יָעְמַד Joħmad.

17 III. Chatephpathach ponitur ſub non-gutturatis, ſi ſcheva, quod mutum manere poterat, exiſtat mobile, ut quando pro רִבְבוֹת ſcriptum רִבֲבוֹת legitur Ribeboth. Num. 10: 36. quando pro וּזְהַב uſhab, ſcribitur וּזֲהַב uſehab. Gen. 2: 12. pro וּשְׁבֵה uſchbe, captivam duc, וּשֲׁבֵה uſchebe. Jud.

Jud. 5. 12. pro וּשְׁמַע uſchmah וּשְׁמַע uſchemah, & audi. Dan. 9. 18. pro וּשְׁבַע uſchba, וּשְׁבַע uſchebah, & ſeptem. Pro וּשְׁקָה־לִי uſchkali, וְשַׁקָה־לִי uſcheka-li, & oſculare me. Geneſ. 27: 26. Pro וּתְבַקְשִׁי uthbükkſchi, וּתְבֻקְשִׁי uthebükkſchi, & quæréris. Ez. 25. 21. pro יִצְחַק־לִי Jitſchak-li, יִצְחַק־לִי jitſechak-li, arridebit mihi, Gen. 21. 6. pro תִּרְאִי thir'i, videbis, תִּרְאִי thire'i, Jeſai. 60: 5. pro הִלּוּךָ vel הִלּוּךָ hillucha, הִלְלוּךָ hilelucha, Jeſai. 64. 10. Pro שִׁמּוֹת vel שִׁמְמוֹת ſchimmoth, שִׁמְמוֹת ſchimemoth, deſolationes, Ezech. 35: 7, 9. Pro מִשְׁכוּ miſchu, מִשְׁכוּ miſchechu. Exod. 12. 21. pro נִדְרוּ nidru, נִדְרוּ vovete, Pſal. 76. 12. pro שִׁקְתוֹת ſchikthoth, שִׁקְתוֹת ſchikethoth, aqualiculi. Gen. 30. 38. Pro צָלוּ Tſallu צָלְלוּ Tſalelu, profundum petierunt. Exod. 15: 10. pro וְגַלּוּ vegallu, וְגָלְלוּ vegalelu, & devolverunt. Gen. 29: 3. 8. Pro וּמַדּוּ umaddu, וּמָדְדוּ umadedu, & metientur. Deut. 21: 2. pro מְחַלֶּלֶיהָ mechalléha, מְחַלְלֶיהָ mechaleléha. Exod. 31: 14.

IV. Chatephpathach ſubjicitur non gutturatis, ſi inſinuandum eſt originarium Pathach, ut 18
אֶשְׁקֲלָה appendam, ſcribitur cum [-:] ut innuatur pathach originarium formæ abſolutæ אשקל Jerem. 32: 8. Sic [-:] ſub non gutturata verbi בָּרֲכוּ benedicite, Pſal. 66: 8. docet id proximè venire à בֵּרַךְ benedixit, non ab altera forma בֵּרֵךְ benedixit. Ab eodem primitivo manant ſequentia:

בֵּרֲכוֹ benedixit ei. Jes. 19: 25. מְבָרֲכֶיךָ qui benedicunt tibi Num. 24: 9. וַיְבָרֲכֵהוּ & benedicet ei. Gen. 27. 23. וַיְבָרֲכוּ & benedicant. Levit. 9: 23. וְהִתְבָּרֲכוּ & benedicentes se præbeant. Gen. 22: 18. Talia sunt אֵרֲרָהּ maledixit ei, Gen. 5: 29. quod venit à verbo אֵרַר maledixit, וְאוֹרֲרֶיךָ & qui maledicunt tibi, Num. 24: 9. ab אֹרֵר formæ אֹבֵד perdens. Deut. 32. versu 28. וַיְמָרֲרוּ & amaram effecerunt, ab יְמָרֵר non ab יְמַרֵר Ex. 1: 14. תֹּאכֲלֶנּוּ ex תֹּאכַל non ex תֹּאכֵל Ezech. 4: 10. יִרְדֳּפֶךָ persequetur te, ex יִרְדֹּף non ex יִרְדּוֹף Ezech. 35: 6.

19 V. Chatephkamets subjicitur non gutturatis literis, quando intimandum est originarium punctum Cholem. v. gr. Chatephkamets literæ ק in verbo אֶשְׁקֳלָה appendam Ezr. 8: 26. indigetat, id deflexum esse à forma futuri absoluta אֶשְׁקוֹל non ab אֶשְׁקַל per pathach, quod insinuaretur per אֶשְׁקֲלָה. Utriusque formam אֶשְׁקֲלָה & אֶשְׁקֳלָה innuit unum Kethib, אֶשְׁקוֹלָה Ezr. 8. 25. Sic אֶשְׁקֳטָה derivatum ab אֶשְׁקוֹט, non ab אֶשְׁקַט unde nasceretur אֶשְׁקֲטָה, utrumque verbum indicatur per Kethib, Jesai, 18: 4. Talia אֶשְׁתֳּלֶנּוּ ab אֶשְׁתּוֹל plantabo. Ezech. 7: 23. אֶסֳּרֵם corripiam eos, Hos. 10: 10. ab אֶסוֹר non ab אֶסַר cum pathach. לֻקֳחָה־זֹּאת à לְקוֹחַ formæ סְבוֹל non à לְקַח desumtus. Genes. 2: 23. הַקֳּדָשִׁים sancta,

sancta, non à קֹדֶשׁ à quo nasceretur הַקֳּדָשִׁים quod legitur Exod. 30: 10. sed à קֹדֶשׁ sanctitas: הַקְּהָתִים Kohathæi, à primitivo קְהָת non à קֹהָת 2. Par. 35: 13. יֶהְדְּפֵם ab יֶהְדּוֹף non ab יֶהְדֹּף Jos. 23: 5. יֶהְדָּפֶנּוּ depulerit eum, ab יֶהְדֹּף Num. 35: 20. שִׁבֳּלִים spicæ Gen. 41: 5. à שִׁבּוֹל non à שִׁבֹּל à quo nasceretur שִׁבֳּלִים cujus constructum שִׁבֳּלֵי termites, legitur Zach. 4: 12. אֶפְשְׂעָה Jesa. 47: 4. ab אֶפְשׁוֹעַ incedam. צַעֲקִי Jer. 22: 20. à צְעַק formæ imperativæ צְעַם. Simile est חָרְבִי Jesai. 44: 27. ex imperativo חֲרַב ad instar זְעַם unde manat זָעֲמָה detestare. Num. 32: 7. קֳבָתוֹ venter ejus, à קוֹבָה Num. 25: 8. non à קֵבָה ventriculus. Deut. 18: 3. Idem sentiendum de formis יָפְיִ pulchritudo, דָּפְיִ probrum, רָאִי visio, דָּכְיִ contritum, דָּמִי silentium, צֳרִי terebinthus; quarum [ֳ] originem habet cholem.

DE PATHACH FURTIVO.

PATHACH, quod furtivum nominant, parvis 2
annumeratum vocalibus, à pathach, cui parvo nomen est, non distinguo. Licet enim sub gutturatis ה, ח & ע pro scheva scribatur, vim tamen semiparvæ eam ob causam non possidet. Nec enim semiparva in finali syllaba movetur, nec fulcire compositæ syllabæ consonantes potest, quod tamen furtivum hoc pathach in accentuum dispositione facit, ubi רוּחַ & similia verba dissyllaba censentur. Parvis igitur accensetur vocalibus,

 nec

nec alia re à pathach parvo diſcernitur, quam
quod ſub gutturata litera ſcriptum ante eam le-
gitur; & quòd, ne duæ vocales contra morem
Hebraici ſermonis fierent contiguæ, conſonam
vocalis proximè præcedentis homogeneam ad-
21 ſciſcit. Nimirum poſt Tzere vel Chirek poſtulat
homogeneum Joth, ut in יָרֵחַ & מָשִׁיחַ quæ ple-
nius ſcripta legerentur יָרֵיחַ Jarejach, מָשִׁייחַ Ma-
ſchijach. Poſt ſchurek, kibbuts & cholem, depo-
ſcit homogeneum Vav, ut in רוּחַ ſpiritus, כּוֹחַ ro-
bur, יְהוֹשֻׁעַ Joſua: quæ plenius exarata leguntur
רוּוחַ rúwach, כּוֹוחַ cówach, יְהוֹשֻׁוּעַ Jehoſchü-
wah. Poſt pathach appetit homogeneum Aleph
in verbis לָקַחַת: יָדַעַתְּ: וַיִּחַד & ſimilibus: quæ ple-
nius ſcripta leguntur: לָקַאחַת lakáa'chth, יָדַעַאתְּ
22 jadaha'th, וַיִּאחַד wajjia'chd. Neque ea ſententia
de accerſita ex proximo litera caret authoritate.
Lectores Tiberiadis, inquit Druſius, eodem mo-
do legendum eſſe præcipiunt מִזְבֵּחַ altare & רוּחַ
ſpiritus, ac ſi eſſet מִזְבֵּאַח & רוּאַח. Sic, quando
chirec præcedit שִׂיחַ & poſt cholem אֱלוֹהַּ ac ſi
eſſet שִׂיאַח & אֱלוֹאַהּ. Sed Moſes Ebræus cogno-
mento Sar-ſchalom, i. e. princeps pacis, in ultimis
vocibus diſſentit aliquantulum. Nam arbitratur
(*quod & nos facimus*) legendum eſſe מִזְבֵּיחַ alta-
re, רוּוחַ Spiritus, שִׂייחַ virgultum, אֱלוֹוהַּ Deus.
Qui ſonus inclinat perſpicuè ad quietem vocalis
antecedentis, hoc eſt, ad Joth poſt Tſere & Chirec,
& ad Vav poſt Cholem & Schurec. Idem ſentien-
dum

dum de Kibbuts. Ergo בְּטַח ſonabimus ac ſi eſſet בְּטוּחַ. In de recta Lect. L. S. p. 51.

Literæ, quæ poſt magnas vocales promiſcuè ſcribuntur vel omittuntur.

Vocales Chirek & Cholem vel cum quieſcentibus ſcribuntur literis, vel quieſcentibus defectæ puncto poſſunt exprimi. Sic promiſcuè ſcribuntur Chirec cum Joth, & Chirec ſine Joth. וַיְמִיתֵם & occidit eos. 2. Reg. 25: 21. in loco parallelo וַיְמִתֵם Jerem. 52: 27. וַהֲקִימוֹתִי ac ſuſcitavi 2. Par. 7: 18. in parallelo 1. Reg. 9: 5. וַהֲקִמֹתִי: ſic וַיַּרְכִּיבוּ 1. Par. 13:7. & וַיַּרְכִּבוּ in parallelo 2. Sam. 6: 3. דָּוִיד & דָּוִד regis vocabulum in locis parallelis. וְהָיִיתָ & fuiſti 1. Par. 19: 12. & in parallelo וְהָיִתָה 2. Sam. 10: 11. Sic permutantur צְלִיל & צְלִל toſtum. Jud. 7: 13. אֱלִיל & אֱלִל res nihili, Jerem. 14: 14. הֲלִיכוֹת & הֲלִכוֹת ambulationes. Prov. 31: 27. הָאִיתוֹן & הָאִתוֹן Ezech. 40: 15. שֵׁרִיתִיךָ & שֵׁרִתִךָ ſolverem te, Jerem. 15: 11. Sic יִחַם ſcribitur pro יֵיחַם incaleſcebat. וַיִּטַב & bonum viſum eſt, pro וַיִּיטַב & וַיִּקֶץ pro וַיִּיקַץ & expergefactus fuit. יִשְׁנוּ pro יִישְׁנוּ & יִשַׁר pro יִישַׁר & הִשְׁמִדְךָ pro הִשְׁמִידְךָ perdidit te. לִבַּבְתִּנִי pro לִבַּבְתִּינִי animum dediſti mihi. יִרְאוּ pro יִירְאוּ timebunt. יִגְעוּ pro יִיגְעוּ laborabunt. יִבַשׁ pro יִיבַשׁ & יוֹסֵף

& יֹסֵף pro יוֹסִיף addet. וְהִכְּתִיו pro וְהִכִּיתִיו percussi eum. 2. Sam. 17: 35. שַׁלְּחֻנִי pro שַׁלְּחִינִי.

24 Cholem promiscuè cum Vav fulcro vel sine fulcro scribitur, ut לִשְׁפֹּט ad judicandum Ps. 96. 13. in parallelo לִשְׁפּוֹט. 1. Chr. 16: 33. Sic וַיָּבֹא 2. Reg. 20: 1. pro וַיָּבוֹא in parall. Jesa. 38: 1. Sic eodem loco הָלֹךְ & הָלוֹךְ eundo: Josu. 6: 13. אֶזְכֹּר & אֶזְכּוֹר recordabor. Psalm. 77: 12. מֹקְשֵׁי 2. Sam. 22: 6. מוֹקְשֵׁי in parallelo Psal. 18: 6. כּוֹס & כֹּס Prov. 23: 31.

25 Tzere aliquando Joth quietum assumit. תֵּעָשֶׂה pro תֵּיעָשֶׂה fiet. הַכֵּנִי percute me, pro הַכֵּינִי 1. Reg. 20: 35. תְּחַיֵּנִי Psalm. 85: 7. וַיּוֹשִׁיבֵנִי & collocavit me. 1. Reg. 2: 24. הַעֲנֵיק oneratos faciendo, Deut. 15: 14. הַשְׁמֵיד perdendo. Amos 9: 8. הַעֲמֵיד statuere, Nechem. 7: 3. אַשְׁכֵּים Jerem. 25: 3.

26 Vav cum scheva mobili sociatum, Vav sustentaculum extrudit, adscito absentis puncto: וּרְבוּ וּמִלְאוּ & multiplicamini & implete; וּבֵן & fili⁹: pro eo quod scribendum fuerat וּוְרְבוּ wurebu, וּוְמִלְאוּ wumil'ù, & וּוְבֵן wuben. Vide vocalium regulas.

27 Joth quiescens non est fulcrũ quiescentis Cho-
28 lem. Quoties igitur in Kethib Joth literæ imponitur cholem, duorum codicum insinuantur diversæ scriptiones; quorum unus vocabulum habuit cum Vav pleno, alter cum defecto. Sic מִגְדּוֹל indicat מִגְדּוֹל Cholem scripto cum Vav, & מִגְדֹּל sine

ſine Vav. 2. Sam. 22: 51. Vid. Arcan. Kethib. p. 129. 231.

Cholem ſæpius occulitur in puncto 29
literarum שׁ & שׂ ut מֹשֶׁה Moſche. שֹׂנֵא odio habens.

Schurek ſoli Vav literæ inſcribitur, ut קוּמוּ 30
ſurgite. Igitur יָשׁ͏ֻב : יָנִי▭ : רְאִית & ſimilia verba, non ſunt vocabula, ſed variantium lectionum ſymbola, de quibus Arcan. Kethib. p. 125. 126.

DE DISCRIMINE PUNCTORUM SIMILIUM.

QUUM eâdem figurâ ſæpius diverſæ vocales 31
inſinuentur, quibus indiciis dignoſci inter ſe queant, explicandum eſt. Itaque inter ancipites Chi- 32
rek magnũ 1. cenſetur, quod pediſſequum habet Joth quieſcens, quod mobile nunquam fuit, ut in שִׁירִי canticum meum. At in לִיקְּהַת Prov. 30: 17. בִּיקְּרוֹתֶיךָ Pſal. 45: 10. & לִיסּוֹד 2. Chr. 31: 7. non eſt chirec magnum, quia Joth natum ex Joth mobili. Fuit enim primitiva ſcriptio לִיְקְּהַת obſequio. בִּיְקְּרוֹתֶיךָ inter pretioſa tua. לִיְסּוֹד fundare. 2. Chirek magnum eſt punctum ſine Joth collaterali, ex analogia pariter eidem congruo. ut יִבַשׁ pro יִיבַשׁ areſcet. Jeſai. 19: 7. צְלִל pro צְלִיל toſtum. הֲלִכוֹת pro הֲלִיכוֹת ambulationes.

Chirek parvum ſcribitur ante ſcheva mutum. 33
Hoc autem Scheva vel expreſſum conſpicitur, ut in צִדְקִי juſtitia mea. קִרְבּוֹ medium ejus.

בִּדְבַּר

כְּדָבָר in verbo. vel est intellectum, ut in לִבּוֹ cor ejus. שִׁבֵּר fregit. כִּנֲּרוֹת Cinneroth. גִּלֲּלַי Gillelaj. מִלֲּלַי Millelaj. שִׁבֲּלֵי Schibbele, spicæ; שִׁקֲּתוֹת Schikkethoth. Vid. Onomast. Sacr. p. 475.

34 Schurek magnum est, quod præmittitur literis in medio punctum non gerentibus. ut קוּמוּ surgite צוּרִי petra mea. יָדְעוּ noverunt. אוּכַל potero. Dagesch hoc punctũ dicitur, quod literarum medio infixum eas geminat: ut infrà docetur.

In quibusdam locis Schurek magnum significatur per metheg, ut וְשְׁמַע & audi 2. Reg. 19: 16. וְשֲׁבֵה & captivam duc. Jud. 5: 12. וְזֲהַב Gen. 2: 12. וְתְבֻקְשִׁי & quereris. Ezech. 26: 21.

35 Schurek parvum est, quod præmittitur literis in ventre punctum gerentibus, ut הוּכָּה percussus est. יוּלַּד natus. יוּסַּב circumagitur. Jesa. 28: 27. וּזְנֻּה scortatio peragitur. Ezech. 16: 34. הַגְּדוּלָּה magnificentia 1. Par. 17: 19. וּלְאוּמִּי & natio mea, Esai. 51: 4. עֻוָּה Psal. 68. הוּלָּלוּ Ps. 78. נוּלְּדוּ 1. Chr. 3. הֲמוּלָּה strepitus. הוּלֶּדֶת nasci. Ezech. 16. סוּכּוֹ tugurium ejus. Psalm. 76. בְּחוּקַּי Ezech. 20. יְסוּבְּבֵנִי circumdabit me. Ps. 49. Item, quod initio vocis ante scheva ex scheva mutatum legitur sine Metheg, וּשְׁמַע uschmah, & audi. Jesai. 37: 16. וּנְתַקְּנוּהוּ wunthakkenúhu, ut avellamus eum. Ju-

36 dic. 20: 32. וּבְבֹאוֹ Dan. 8: 17. Habetur etiam Schurek semiparva, quando, ut supra monui, ex Scheva natum præponitur labiali.

37 Kibbuts magnum est, quod præmittitur literis

teris puncto ventris carentibus, ut יַאֲרִיכֻן prolongabunt. תֻּפַּר irritum fiet. וַיָּרֻם & vermibus scatuit. קִדְּמֻנִי præveneru nt me. וַיָּנֻסוּ & fugerunt. אֲפָפֻנִי circumdederunt me. פְּקֻדֵי præfecti. עוֹדֶינָה adhuc nos. נִשְׁבְּרָה fracti sunt. הָיָה fuerunt. עָלָה ascenderunt. שָׁפְכָה effuderunt. וְלֹא etiamsi. שְׁבֻעִים jurantes. שֻׁבָה revertere.

38 Kibbuts parvum est, quod in medio vel initio vocum legitur ante Scheva mutum, sive hoc expressum sit, ut in הָשְׁלַךְ projectus fuit. מֻשְׁכָּב collocatus. יָשְׁלְכוּ projicientur: sive ante scheva in dages intellectum sit, ut שֻׁדְּדָה vastata est. הֻקַּם constitutus est. יֻכַּת percutietur. פֻּעֻלְּתַי pehullethaj. Viri nomen. לֻקַּח sublatus. אֻכַּל consumtus. סֻבּוֹל onus. סֻכָּה tugurium.

39 Kamets magnum & parvum eandem habent figuram, & in textu hoc modo discernuntur:

1. Kamets Methego vel ejus vicario junctum est magnum: חָכְמָה sapiens illa fuit. אָכְלוּ comederunt. וְחָעֵצִים & ligna. Gen. 27: 7. תְּעָצְבוּ dolore crucietis vos. Gen. 45: 5. Metheg autem est accentus syllabam sustinens, ut infra docebitur.

2. Kamets Methego junctum ante Chateph est parvum, ut אָהֳלִי Tentorium meum.

3. Ka-

3. Kamets absque Methego scriptum ante Scheva:

- expressum, est parvum, גָּרְנִי area mea: חָכְמָה chocma, sapientia.
- intellectum
  - in medio vocis, sub dages, ut עָזְּךָ robur tuum.
  - in medio vocis, ante Makkeph ablato accentu, ut כָּל־בּוֹ.
  - in fine vocis, post retractum accentū וַיָּקָם & surrexit; ex verbo יָקוּם.

40 [ֳ] sub gutturali ubique est Chatephcamets, nunquam parva.

41 [ֳ] sub non gutturali scribitur loco Scheva, eo fine, ut primitiva significetur vocalis, ut אֶשְׁקֳלָה appendam, Ezr. 8: 26: ex verbo אֶשְׁקוֹל confer Kethib, ibid. vs. 25. הַקֳּדָשִׁים sancta, ex singulari קֹדֶשׁ non קֶדֶשׁ neque קָדֵשׁ à quibus etiam deflecti potest pluralis קֳדָשִׁים. Utrumque usitatum fuisse, testatur קֶדֶשׁ urbis Naphthalææ nomen. Judic. 4: 9. & קָדֵשׁ ejusdem urbis synonymon. Judic. 4: 6. קָסֳמִי־נָא Kosminà, divina, ex verbo קָסוֹם non ex קָסַם unde fuerit קִסְמִי Kismi. 1. Sam. 28: 8.

VOCALIUM DISTINCTIONES ALIÆ.

42 1. Dividuntur in Cognatas & Alienas. Cognatæ sunt, magna & parva, ut [ָ] & [ַ] ut [ֵ] & (ֶ) &

[.] & [ּ] Sunt deniq; [וֹ] [ּ] & [ּ] parva; & ו magnum, & [ּ] parva. Alienæ ſunt magnæ ad magnas comparatæ, ut ּ & zere, kametz & chirek, vel parvæ ad parvas comparatæ, ut pathach & chirek, ſegol & kibbuts &c. Eas, quæ cognatæ ſunt, etiam homogeneas dicere poſſumus, ut, quæ alienæ ſunt, heterogeneas. Ita cognationem habet Kametz cum Aleph, Joth cum Tzere & Chirek, Vav cum Cholem & Schurek.

2. In Vicarias & principales. Vicaria eſt, ubi parva ponitur loco parvæ, ut Pathach pro [ּ] in voce שַׁעַר & [ּ] magnum loco Schurek magni, ut in verbo יְקֻמוּן aut magna loco magnæ, ut יַפְקֵד pro יַפְקִיד præficiet. 43

3. In Mutabiles & Non mutabiles. Mutabiles, quæ in aliam tranſire vel cum aliis permutari poſſunt. Non Mutabiles, quæ non poſſunt. 44

4. In Puras & impuras. Impuræ ſunt, quæ literam quieſcentem vel Dages forte includunt, ut zere in יֵשְׁבוּ pro integro יִישְׁבוּ manebunt; & Kamets in מְבָרֵךְ benedicens, pro eo quod ſcriberetur מְבַרֵּךְ. 45

5. Vocalium aliæ tonũ patiuntur; aliæ reſpuunt, ut Semiparvæ. 46

Denique eſt & conſonarum aliqua cum vocalibus eodem oris organo natis cognatio, propter quam Vav ſchevandum ante Labiales in ſchurek vertitur, ut in וּמֹשֶׁה וּבִנְיָמִין & propter quam ſcheva ante easdem labiales poſitum legitur ut o, ut Σοφονίας, ex צְפַנְיָה & ῥοωβὼθ ex רְחֹבוֹת & Joth 47

D ſcheva

ſcheva muto notandum tranſit in chirek magnum, ut יִירַשׁ pro יְיָרַשׁ poſſidebit, & בִּיהוּדָה in Jehuda, pro בִּיְהוּדָה.

VOCALIUM REGULÆ GENERALES.

48 Vocales in lectione vocum non continuantur. Quæ cauſſa eſt, quare hîc non ſint diphthongi: Vide Druſium de recta lectione linguæ ſanctæ c. 29, 30. & quare Vav & Chirek inter contiguas vocales moveatur. Legitur enim קוִים Kovim, non Koim, צַוָּאר Tſavvar, non Tſauar, פְּלִשְׁתִּיִּים Peliſchthijim, non Peliſchthiim.
49 Non eſt diphthongus in יְרוּשָׁלַםִ quoniam hoc modo exarata elementa duas innuunt nominis lectiones, unam יְרוּשְׁלֶם Jeruſchelem, Chaldaici flexus, quæ conſonis congruit, alteram יְרוּשָׁלַיִם Jeruſchalájim, quæ vocalibus. Nec diphthongum habet ipſum לַיהוָה. Eſt enim hæc duorum Dei nominum continuò legendorum nota, pro לַאדֹנָי יְהוָה Domino Jehova. Simile הַיהוָה quod legi debet הַאֲדֹנָי יְהוָה i. e. an Dominus Jehova? Jerem. 8: 19. Nec Joth in fine poſt Kamets, Patach, Cholem & Schurek diphthongos parit, quum ſit conſona mobilis, quæ literis בגדכפת imprimit punctum, ut שְׂפָתַי תִּפְתָּח labia mea aperias. Pſ. 51. נִרְאָה אֵלַי בְּלוּז apparuit mihi in Luz. Gen. 48: 3.
50 Nulla vocalis legitur absque conſona, & viciſſim nulla conſonans absque vocali. Igitur & in compoſita ſyllaba poſteriores literæ ſuſtinentur à prin-

à principalis literæ vocali. ut קֹשְׁטְ *Koſcht* veritas, תִּשְׁתְּ *teſchth* bibas.

Nulla vocalis inchoat ſyllabam. Idcirco ו initio dictionis, loco וו wu, per compendium ſcribitur, & יָרֵחַ non legitur jareach, ſed, quod ſupra monui, jaréjach. 51

Parva non legitur ſub literis vocum finalibus. Quæ peccare in hanc regulam videntur, ut הָיִיתָה: יָדַעְתָּה verba regularia non ſunt, ſed verborum continuò legendorum ſymbola. Sic יִקַּח וַיֹּאמֶר יִשְׁתַּחוּ ſymbola ſunt duarum lectionum, in quibus alieno loco poſitum Kibbuts indicium eſt in altera lectione ſcribendi Schurek. De his videatur Arcani Kethib p. & 142. 343. 344. 52

Duo Schevajim continua non leguntur. Itaque vel poſterius tantùm effertur, prius obmuteſcit, ut in יִלְמְדוּ docebunt, vel utrumque obmuteſcit, ut in וַיִּשְׁבְּ & captivum ducent. 53

Litera finalis mobilis, quæ vocalem adſcriptam non habet, virtute mutum Scheva continet, v. gr. שַׂר בֵּית־הַסֹּהַר præfectus carceri. כָּל־בּוֹ omnia in eo.

DE SYLLABA.

Ex conſonante & vocali naſcitur ſyllaba. Syllabam igitur, ut non una duntaxat conſona, ita nec una duntaxat vocalis facit. Neque plures uni conſonæ vocales adjungi poſſunt. De שִׁינֵיהֶם quod ſymbolicè ſcriptum, vide Arcanum Kethib. p. 112. 54

55 Syllaba eſt vel ſimplex vel compoſita. Simplex unâ vocali & una duntaxat conſonante mobili conſtat, ut שֵׁנִי ſche-ni, ſecundus. נְחוּם Ne-chum. מְדָן Medan. Compoſita eſt, quæ una vocali mobili, conſonis verò duabus vel tribus conſtat, קָם, עַל, תֵּשְׁתְּ, kam, ħal, theſchth, שָׁוְא Schav'. חֵטְא chet'. תַּדְשֵׁא thadſche', germinet.

56 Parva vocalis, impura ſi fuerit, pars fieri ſyllabæ ſimplicis poteſt: ſi pura, non poteſt. Pura dicitur, quæ nec tono gravatur, nec Dages ejectum compenſat. Impura, quæ vel tonum accipit, vel magnæ excluſum Dages compenſantis locum tenet. v. gr. שַׁחַת: חַיִל: פַּחַד: נָאֶץ perdere.

57 Compoſita Syllaba etiam cenſetur, quæ comprehenditur litera & vocali, quam vel quieta ſequitur litera, vel ſequi debebat; vel quam ſequitur dageſſata, vel ſequi ſaltem debebat, ut קָאם exſurgit Hoſe. 10: 14. בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל filii Jiſraëlis כִּי־צַדִּיק quia juſtus. יִרְאוּ pro יִירְאוּ timebunt וַיִּרְשׁוּ & poſſederunt, pro וַיְיִרְשׁוּ Joſ. 12: 1. שַׁבָּת Sabbatum. הָאֶחָד unus ille. מֵאָבִינוּ à patre noſtro

58 Compoſitæ ſyllabæ literas, non ſecus atque parva, fulcire poteſt magna vocalis, quoties ac accentu tonico notatur, ut בָּחַרְתָּ bahárta elegiſti. יָמָּה Jám-ma, verſus mare. תְּדַבֵּרְנָה Jerem. 44: 25. תְּגַלְנָה Pſal. 51: 10. בֹּשְׁנוּ bóſchnu, erubuimus, שֹׁמּוּ obſtupeſcite. תָּקִימְנָה Jerem. 44: 25. קֹשְׁטְ koſcht, veritas. Prov. 22: 21.

Sylla

Syllaba accentuata, quam præcedit semiparva, censetur præcedentis vocis penacutæ tono contigua. Accentus igitur hoc in casu liberè retrahitur: ut הִשָּׁמֶר לְךָ cave tibi. Deut. 12: 30. יִיטַב לְךָ bene sit tibi. Deut. 12: 28. 59

Semiparva non scribitur initio syllabæ compositæ. 60

Thau post א aut י silentes accipit Scheva. ut וְהָיִית. וּבָאת. וְהוֹצֵאת 61

Ultima Gutturalis א cum præcedentibus literis coire in compositam syllabam potest, sustentante tres consonas unâ vocali, ut שָׁוְא mendacium. חֵטְא peccatum. וַיַּרְא & vidit, & ostendit. Hac ratione formari poterat וַיֵּרְא nisi magis placuisset penacutum verbum וַיֵּדֶא & volitavit. Psal. 18: 11. 62

Reliquæ literæ gutturales cum aliis duabus præcedentibus constituere compositam syllabam non possunt, וַתֵּכַהּ & caligavit, non וַתֵּכְהּ aut וַתִּכְהּ per chirek, וַתֵּלַהּ & furebat, non וַתֵּלְהּ sic scribendum תְּמַח deleri sinas, non תִּמְח sic וַיִּשַׁע & respexit, וַתֵּתַע & errabat, non וַיִּשְׁע nec וַתִּתְע qualis quidem punctorum series extat in syllaba, quæ gutturalem ultimam non habet, ut תֵּבְךְּ: יַפְתְּ: וַיֵּרְדְּ: וַיֵּשְׁתְּ: וַיֵּשְׁבְּ 63

Finalis palatina Lamed, Nun, Resch, cum prævijs duabus consonis in unam compositam coire syllabam nequeunt. Hinc parvis assumtis legunt 64

וַיִּבֶן non וַיִּבְן & יַפְּר fœtificare faciat non יַפֵּר sic וַיֶּגֶל & deportavit. וָאֶצֶל & obtuli. וָאַעַן & respondi. וַיִּחַן & castrametatus est. וַיִּחַר & exarsit.

65 Neque Joth aut sibilantes cum præcedentibus duabus literis compositam syllabam constituunt. Itaque יְהִי scribitur pro יְהִי erit. & תְּחִי vivet, loco תְּחִי Item וַתְּמֵס & liquescere fecisti pro וַתְּמֵס & וַיִּקֶשׁ & durior fuit, pro וַיִּקֶשׁ.

66 Aleph in composita syllaba non est medianum. Hinc וַיֵּאת (ex quo contractum וַיֵּאת & veniet, Jesa. 41. 25.) pro וַיֵּאת.

DE IIS QUÆ SCRIBUNTUR VOCALIBUS ALIENIS.

67 Scribitur alienis vocalibus 1. DEI T. O. M. nomen יְהוָֹה 2. Nomen urbis Hierusolymæ. 3. Symbola variarum lectionum, quæ Kethiban vocantur.

68 I. Nomini יְהוָֹה quia cum servili litera nunquam enunciatur, aliud servilis literæ patiens Dei nomen cum præfixo, quod sententia postulet, præponitur. Itaque pro לַיהוָֹה semper efferendum est לַאדֹנָי יְהוָֹה Ladonaj Jehova, præmisso nomine Adonaj cum suffixo, quod nomini יְהוָה, ut diximus, præfigere nefas est. Vel præmisso cum servilibus nomine אֱלֹהִים legitur לֵאלֹהִים יְהוָֹה Lelohim Jehova, scribiturque compendio לֵיהוָֹה Eadem ratio scripturæ בַּיהוָֹה quod plenius scriptum legitur, בַּאדֹנָי יְהוָֹה in Domino Jehova.

Sic

Sic כַּיהֹוָה ſonat כַּאדֹנָי יְהוָה ut Dominus Jehova. Sic בַּיהוִֹה pronunciandum בֵּאלֹהִים יְהוָה in Deo Jehova, מֵיְהוִֹה non mejehova, ſed מֵאֲדֹנָי יְהוָה à Domino Jehova, שֶׁיְהוִֹה Scheadonaj Jehova.

Similiter compendio ſcribuntur nomina divina יְהוִֹה אֱלֹהִים vocalibus אֱלֹהִים applicatis vocabulo יְהוִֹה unde cum alienis exaratum vocalibus יְהוִֹה legendum יְהוָה אֱלֹהִים Jehova Elohim, non Jehovi, quod verbum, qui in Deo ponunt, contumeliam faciunt. Vid. Arcan. pag. 207. & ſeqq.

II. Nomen urbis Hieruſolymorum reduces 69
ab exilio Babylonico Judæi tribus modis extulerunt 1. יְרוּשָׁלֵם unde exſcriptum eſt Evangeliſtarum Ἱερουσαλήμ. 2. יְרוּשָׁלַיִם Jeruſchalajim, & 3. Chaldaico effatu יְרוּשְׁלֶם quod addita ob flexum terminatione Græci pronunciarunt Ἱεροσόλυμα. Relictum igitur lectoris arbitrio fuit, quam loquendi rationem amplecteretur, eoque fine in ſacro codice ſymbolicè ſcriptum יְרוּשָׁלִַם, punctis nomen יְרוּשָׁלַיִם, literis יְרוּשָׁלֵם vel יְרוּשְׁלֶם inſinuantibus.

III. Alienis denique punctis ſcribitur Kethib. 70
Eſt autem KETHIB duarum in autographis propheticis olim ſcriptarum vocum ſymbolum, unius vocalibus ad alterius in margine ſcriptas conſonas, quæ Keri vocantur, adplicatis, ex. gratia: duas lectiones יַעַשׂ & יַעֲשֶׂה uno ſymbolo Scriba ſignificaturus conſonis יעשה ſubjecit puncta verbi

bi יַעֲשׂ quod quum faceret, excudit utriusque symbolum in textu positum, יַעֲשֶׂה Ruth. 1: 8. Ita quum literis ירִיךְ quæ sunt vocis יֶרֶךְ applicaret puncta vocis יָרֵךְ exstitit symbolum יְרִיךְ 1. Par. 22. 34. 2. Par. 18: 33. Josu. 10: 8.

71 Si alterius lectionis puncta sint eadem atq; comparia, propter hanc elementorū vocaliū concinnitatem Keri fit effabile, ut הֵכִּיר verbum, permutatâ iltera factū Keri יַכִּיר. Dan. XI. 39. Si sint diversa & disparia, fit ineffabile, ut וַיֹּאמְרוּ coagmentatum ex punctis verbi וַיֹּאמֶר & consonantibus ב׳ ז׳ וַיֹּאמְרוּ Josu. 6: 7. 1. Sam. 16: 15. Plura de hoc scriptionis genere dabunt libri de Arcano Kethib & Keri.

72 Sæpius igitur in Kethib reperias & vocales & consonas alienas. Consonæ enim ipsius Kethib in textu requirunt vocales, quæ juxta grammaticam analogiam eidem conveniunt; & vocales ejus ad consonas in margine libri exaratas pertinent. Vid. Arc. lib. 1. p. 29.

USUS PRÆCEPTORUM *DE* VOCALIBUS ALIENIS.

73 I. Rectam vocum innumerarum lectionem atque sensum insinuant. II. Falsa vel corrupta Kethiban & Kerijan docent corrigere, ut quum in Arianis Bibliis Jesa. 30: 33. in margine scribitur

tur הואק׳ pro הִיא ק׳. III. Vocabula, quæ in usu ac honore antiquitus fuerant, in symbolis autem suis abstrusa hactenus latuerunt, in apertum producunt, opesque Hebraicæ linguæ incremento haut exiguo cumulant atque adaugent. IV. Errores coarguunt, 1. Eorum, qui scriptas alienis vocalibus literas nunc corruptis nunc prodigiosis vocabulis annumerant. 2. Eorum, qui verbum in margine positum putant verius eo, quod scribitur in textu, quum tamen Kethib cum alienis vocalibus exaratum veram lectionem referre nequeat. 3. Eorum, qui docent, Keri sive in margine libri positam vocem esse lectionem, quam Esdras aut Masorethæ suo judicio comprobarint, non ut variam diversorum exemplarium lectionem, sed ut in corpore textus repertam vocem vel exponerent vel corrigerent. 4. Eos refellunt, qui duplicem sensum hac scriptione insinuari contendunt. 7. Eos, qui mysterii & arcanioris sensus gratia anomalam hanc scriptionem excogitatam esse suspicantur. 8. Eos, qui pertinaciter contendunt, religione factum esse & metu profanationis, ut literis sanctissimi nominis יְהֹוָה vocales modò vocis אֲדֹנָי modò אֱלֹהִים adscriberentur; vel, qui nomen יהוה cum vocalibus nominum אֱלֹהִים vel אֲדֹנָי scripta יְהֹוִה vel לַיהוָה legere solent Jehovi & Ladonaj. Item, qui שֶׁיְהֹוָה legunt Schejehova, quod, quia per compēdiū scribitur, efferri debet, Sche-Adonaj Jehova: & qui מֵיְהוָה pronunciant Mejehova, pro Meadonaj Jehova. Plura de usu scriptionis hujus vid. Arc. Keth. lib. 2. c. 11.

CAPUT III.

DE PUNCTIS LITERARUM DISCRETIVIS ET EXTERMINANTIBUS.

Summaria.

Dages lene literam intendit. Sex literas ב ג ד כ פ ת *duplicem vim habere ostenditur. Antiquissimi auctores mollitie eas differre autumant. An* ר *asperum naturâ elementum queat intendi? quibus conditionibus Dages lene literis infigatur? Dages forte quas literas geminet?* א *nusquam geminatum. Dages ejectum qua ratione compensetur. Dages compensativum, Characteristicum & Euphonicum. Mappik He mobilis literæ index. Puncta exterminantia.*

1 PUNCTA literarum discretiva sunt, queis earundem potestates inter se distingui solent: Dages, Mappik, Raphe.

2 Dages punctum in medio literæ vim habet eam intendendi vel geminandi. Dividi idcirco solet in lene & forte.

3 Dages lene dicitur, quod vim sex literarum ב ג ד כ פ ת intendit. Igitur ב si careat puncto, valet B, ut סְבָבָה sabeba; si oneretur puncto, valet B intensum vel P, ut in בַּרְזֶל Parsel, גּ G intensum, ut in גּוֹג Cog. דּוֹדִי memoratur ut Todi. בְּכַרְכְּמִישׁ sonat Pecarkemisch, וּפְרִי ubvri, פִּסְכָּה Pwisca, תּוֹרָה Tjora.

Du-

Duplici ergo effatu hæ ſex literæ gaudent, remiſſo & intenſo. Neque aliter viſum antiquiſſimo libri Jetſira ſcriptori, qui de his elementis ita præcipit: שבע כפולות בג״ד כפר״ת מתנהגות בשתי לשנות: יסודן חיים ושלום וחכמה ועושר חן וזרע וממשלה: ומתנהגות בשתי לשונות בב׳ גג׳ דד׳ כב׳ פפ׳ רר׳ תת׳ תכנית רך וקשה תכנית גבור וחלש: i. e. Septem literæ ſunt duplices בג״ד כפר״ת, quæ duplicem habent linguam, h. e. pronunciationem. Fundamentum illorum eſt Vita, Pax, Sapientia, Divitiæ, Gratia, Semen & Dominium. Dupliciter autem pronunciantur BB́. GǴ. DD́. CĆ. PṔ. RŔ. TT́. pronunciatione nimirum molli & intenſa, forti ac debili.

Clarum eſt, accuratiſſimæ diſtinctioni non ſatis facere, qui has literas vel in ſibilum vertunt, vel novo ſpiritu i. e. aliunde adſcitâ literâ augent. Iſtud Judæi faciunt, qui ד & ת putant ſonare S leniſſimum. Hoc noſtri, qui literas בג״ד כפ״ת partiuntur in leves & aſpiratas. בּ enim efferunt inſtar B, & ב ut BH, גּ ut G, & ג ut GH: דּ ut D, & ד ut DH: פּ ut P, & פ ut PH: תּ ut T, & ת ut TH. Atqui literam mutare in congenerem, & augere literam literâ, non eſt, meo quidem judicio, eam intendere.

Quando enim in congenerem mutatur litera, neceſſe eſt ipſam quoque fatiſcere & perire: quod autem perit, quomodo intendi vel durari poteſt? Quando alii conjungitur litera, propter hanc acceſſio-

cessionem ea, quacum jungitur, neque augetur, neque intenditur. Contra fieri solet literis בג״דכפ״ת quæ intentæ nec in aliud literarum genus transeunt, nec alienum adsciscunt sonum, nec denique geminantur; sed, quod unum illas à mollibus distinguit, robur tantùm ac firmitatem capiunt.

Jam iis, qui פּ dagessatum per P efferunt, S. Hieronymus refragatur, qui à Judæis æqualibus edoctus P literam Hebræos habere loco non uno negat; ut in Nominibus de Luca, voce Pilatus: Sciendum, quod apud Hebræos P litera non habetur, nec ullum nomen est, quod hoc elementum sonet. Abusivè igitur accipienda, quasi per F literam scripta sint. & Dan. XI. in extremo, voce Apadno: Notandum autem, quod cum P, literam, Ebræus sermo non habeat, sed pro ipsa utantur פּ Phe, cujus vim Græcum φ sonat, in isto tantùm loco apud Ebræos scribatur quidem Phe, sed legatur P. Quod si igitur P elemento caret Hebraismus, perperam leni dages oneratum בּ enunciaveris per latinum P, vocesque פַּרְעֹה אַרְפַּד פְּנִנָּה & similes contra morem legeris Parho, Arpad, Peninna. Porrò, qui כ raphatum per C & H gutturalem legunt scribuntque, ex simplici compositam faciunt. כ enim, cujus vim Græcũ χ possidet, quia est de secundo ordine literarũ, in quo simplices memorantur, ex duobus coire spiritibus non potuit; quod autem spirat, id non gutture, sed merissimè ex palato spirat: nec aliter à כּ differt, quàm soni lenitate & mollitie, &, quemadmodum כ sine puncto scriptum sonat χ

Græ-

Græcum; ita כ cum puncto ſonum intendente reddit κ Græcorum. Sic & aliàs literis impreſſum punctum, vel motum vel geminationem earum denotat. Mappik enim He finali infixum, He movet: dages poſt parvam vel accentuatam magnam elementum ſuum duplicat. Ut vel hoc argumento conſtet, propter infixum dages non minui poteſtatem literarum בגד כפת ſed, quia cætera puncta vel movent quietam, vel ſimplicem geminant, dictarum literarum punctum vim earum intendat induretque. Cæterùm, quia perversè dictum videtur, Dages lene intendere vel durare literas; notabis, lene hoc Dages non dici, quod leniat vel emolliat literam, ſed appellari hoc nomine reſpectu Dages fortis, quod geminando literas plus auget, quam lene, eas duntaxat intendendo.

Sequuti igitur antiquiſſimorum Doctorum judicium, elementa, quæ non niſi mollitie & aſperitate differre perhibent, his inter ſe gradibus poſtea diſtinguamus, ut 5

ב Beth Raphatum ſit B, quod ſonat in voce *ſcribo*; Beth autem Dages oneratum בּ ſit P, quod auditur in *ſcripſi*. Quem in modum & Arabum ſecunda litera ب vel intentius vel remiſſius dici ſolet, v. gr. بَرْقٌ Barkō, fulgur, بُولُس Paulus.

ג Gimel Raphatum ſit G, quod memoratur in Gaius. Duratum ſit C, quod auditur in Cajus.

ד Daleth Raphatum, ſit D latinum, quod ſonat

sonat in dono, dama, dedit, ludus. ד intentum sit elementum medium inter D & T. Quale quidem in latino sermone haut reperitur. Arabes geminum D habent, quorum unum ut D nostrum efferunt, alterum penè ad sibili modum. Facile enim dentalis fortius enunciata in sibilum (qui & ipse in dentium gignitur intervallis) degenerat. Ob eandem cognationem Judæorum quidam ד ut Sajin extulerunt, hodieque דׄ raphatum, ex ד dentali & Joth compositum, ut S legunt.

כ Caph Raphatum valeat χ Græcum, quod auditur in Ζαχαρίας, Μιχαὴλ, Λαμὲχ, Χανaάν. Itaque & Syri pro χ Græco non aliud elementum quam ܟ scribunt, ut ܟܠܘܐ Χλωή. 1. Cor. 1: 11. ܐܪܣܛܪܟܘܣ Ἀρίσταρχος, Actor. 19: 29. ܐܪܟܠܐܘܣ Ἀρχέλαος. Matth. 2: 22. Dages leni gravatum כּ potestatem Κ Græci elementi habet, ut in nominibus Κῦρος, Κάδμος.

פ Pe Raphatum habet vim simplicium ב & ו. Hinc שִׁפְטָן legendum est Schibvtan. רָפָה Rabva. סוּף Subv, alga. פּ duratum rependit vim simplicium elementorum ב & ו. Hinc פִּסְפָּה enunciatur Pvispva, שְׁפַרְפָּרָא Schabvarpvara, i. e. aurora.

ת Raphatum possidet vim simplicium ד & י. Igitur תוֹרָה enunciatur Djora, lex vel delineatio. תּ dagessatum significat D intensum, cujus potestatem utcunque Tj gerit. unde תּוֹרַת fuerit legendum Tjoradj, doctrina.

Ma-

Manifestum est, Græcos, quia Joth consonâ carent, vim literæ ח exprimere non potuisse, atque adeo coactos elementum Θ, quod aliquatenus ad genuinum sonum ejus accederet, ei surrogasse. Sed nec ק proferre integrum potuerunt, quia Vav in literarum numero non habent; quare partem tantum literæ scribentes per K extulerunt. Interea ergò nobis & illorum more ח & ק per Th & K enunciare liceat, donec artium magistri inveniant characteres, quibus absque reprehensione communiter utamur.

Meritò etiam ר elementis, quorum intendi vel remitti queat sonus, annumerat suprà laudatus Auctor. Licet enim literarum omnium asperrima constantis æquabilisque pronunciatus esse videatur, est tamen ubi asperius, est ubi lenius audiatur. Nam initio Syllabarum asperè intentéque sonat, in fine lenius. Discretivo puncto, ut literæ בג״ד כפ״ת non indiguit, quum initio syllabarum movenda vi sua, & ex se, & incogitantibus nobis aspera excidat, lenior atque remissior in syllabarum fine. Supervacaneam ergo spiritus notam Ῥῶ principali & geminato addunt Græci in verbis, Ῥόδος Σάῤῥω, Πυῤῥὸς &c. & Latini, Rhenum, Rhodum, Pyrrhum & Tyrrhenum scribentes. 6

Quibus conditionibus Dages lene literis בג״ד כפ״ת imprimatur. 7

Dages, lene dictum, inscribitur literis בג״ד כפ״ת

1. Ab

1. Ab initio sententiæ, ut בְּרֵאשִׁית Bereschith, cum B intenso.

8 2. Post accentum distinctivum, ut לִמְשֹׁל בַּיּוֹם Gen. 1: 18. וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־טוֹב Gen. 1:26. שֵׁם הָאֶחָד פִּישׁוֹן Gen. 2: 11.

Notandum, quod virgula Pesik ante voces constructas censetur Accentus distinctivus vel Dominus. ut הִנֵּה׀ בֵּרַכְתִּי אֹתוֹ Genes. 17: 20. עָשׂוּ׀ כָּלָה fecerint consummationem. Gen. 18: 21.

9 3. In syllaba tono affecta post contiguam vocem penacutam in ה expressũ vel intellectũ desinẽtem: ut, וְעָשִׂיתָ פֶּסַח Deut. 16:1. עָלֶיךָ פָּרֶץ Gen. 38: 29.

10 4. In syllaba schevata, quam tonus sequitur, & penacuta dictio in ה quietum finita præcedit, ut עֹשֶׂה פְּרִי Gen. 1: 11. אַרְצָה כְּנַעַן Gen. 11: 31.

11 5. Post Joth, rariùs post Vav, quiescentes, literæ כ & ב promiscue vel accipiunt Dages lene vel recusant. Accipiunt, ut in מִי־כָמֹכָה & מִי כָּמוֹךָ Exod. 15: 11. כִּי כֻלָּם Jerem. 9: 1. בְּנוֹ בְעוֹר filius Behor. Num. 24: 3. frequentiùs recusant, חַלְלֵי בַת־עַמִּי Jerem. 8: 23. כִּי תוֹעֵבָה Jerem. 8: 12. כִּי כָל־אָח Jerem. 9: 3.

12 6. Litera ב & כ ante se ipsam leni dages afficitur, וַיְהִי בְּבוֹאָם 1. Sam. 16: 6. וְנִלְאֵיתִי כַּלְכֵל Jerem. 20: 9. וְשַׂמְתִּי כַּדְכֹד Jesa. 54: 12.

13 7. Post scheva mutum sive expressum sive intellectum, ejusdem vel diversæ dictionis literæ dages

ges modo accipiunt, modo excludunt. Accipiunt quàm sæpissimè. ut in אֶל כָּל־הַמָּקוֹם Gen. 20: 13. שְׂפָתַי תִּפְתָּח Psalm. 51: 17. Sic imprimitur post יְהוָֹה quando aliud DEI nomen, quod in Scheva mutum desinit, addendum esse innuitur, v. gr. יְהוָֹה בָּרָא per compendium scriptum, propter impressum Dages legitur יְהוָֹה אֲדֹנָי בָּרָא Jehova Adonaj creavit. Par est ratio nominum יְהוָֹה i. e. יְהוָֹה אֱלֹהִים ante literas Begadkephath positorum. Rarius excluditur Dages post literas ו aut י v. gr. שָׁלֵו בָהּ Tranquilla est in ea. Ezech. 23: 42. קַו־תֹהוּ Jesa. 34: 11. אֲדֹנָי בָם Psalm. 68: 18. vel post Munach vicarium accentum וְחָרָה אַפִּי בוֹ בַיּוֹם־הַהוּא 14
Deut. 31: 17.

8. Post Pathach furtivum pariter Dages lene imprimitur, ut רוּחַ דַּעַת Spiritus scientiæ.

DAGESCH LENE

Non imprimitur Literis Begadcephath propter ejusdem dictionis Scheva mutũ.

1. Si scheva istud fuerit primitivum, 15
vel è magna correptum, ut לִגְבוּל Forma nominis primitiva est גְּבוּל terminus. Ex magna correptum, ut מַלְכֵי ex plurali מְלָכִים reges. בִּלְבַב in corde, ex לֵבָב cum Tsere.

2. Post Scheva mutum in Infinitivo & Impe- 16
rativo Kal cum affixis constructo: ut עַל רָדְפוֹ propter persequi ipsum. Amos 1: 11. שִׁכְבָה concumbe

cumbe. Gen. 39: 12. & cum affixo: וְרָדְפֵהוּ & persequere eum. Psal. 34: 15.

17 3. Scheva post Pathach ex [-:] semiparva natum raphatæ literæ sequenti haut infigit Dages. ut יַעַבְדֵנוּ colet eum. 2. Reg. 10: 18.

18 4. כ in affixis post Scheva quiescens Raphatum semper manet. ut דְּבָרְךָ verbum tuum. דְּבַרְכֶם verbum vestrum.

19 5. Ante ות fœmineam terminationem non scribitur Dages lene, מַלְכוּת regnum, יַלְדוּת pueritia. עַבְדוּת servitus: neque etiam in pluralibus, quæ ex his flectuntur, מַלְכִיּוֹת regna.

20 6. Nec in tertia radicali vocum בִּגְדִי בִּגְדוֹ &c. Gen. 39: 12, 13, 15. נֶגְדָה coram. Psalm. 116: 14. יָקְתְאֵל: חִיתוֹ: בֵּיתָה urbis vocabulo. Josu. 15: 38. יָקְדְעָם urbs montana Judæ. הָעַרְבִים Nech. 4: 1. in aliis vers. 7. הָעַרְבִיאִים 2. Par. 17: 11. יָטְבָתָה Num. 33: 33. יָטְבָה urbis nomen. 2. Reg. 21: 19. אֲבִי־עַלְבוֹן 2. Sam. 23: 31. Idem observo in barbaris nominibus: בִּגְתָן Esth. 2: 21. בִּגְתָנָא Esth. 6: 2. דַּלְפוֹן Esth. 9: 7. סַנְבַלַּט Nech. 2: 19.

21 Extra has conditiones post ejusdem dictionis Scheva mutum literæ Begadcephath dagesantur.

DE DAGES FORTI.

22 DAGES forte literas geminat, ut רַנּוּ Ronnù, cantate. לָמָּה lamma, quare? חַלּוֹן fene-

fenestra, סֻלָּם Süllam, scala, אַשּׁוּר Asschur Gen. 10: 22.

Dages forte geminare potest omnes literas, præter gutturatas ע ח ה א. 23

RESCH duodecies Dages admittere observarunt Masorethæ. Ezech. 16: 4. bis. Prov. 3: 8. c. 14. 10. c. 11: 22. c. 15: 1. 1. Sam. 1: 6. c. 10: 24. c. 17: 25. 2. Reg. 6: 32. Cant. 5: 2. Psalm. 52: 5. Jer. 39. 12. Qui putant א quatuor locis recipere Dages, falluntur. Illud enim in א litera expressum punctum insinuat vicariam Joth literæ, Dages aut Mappik afficiendæ, lectionem. Itaque א punctatum in verbis וַיָּבִיאוּ & attulerunt, Gen. 43: 25. & Ezr. 8: 18. תָּבִיאוּ affertote Levit. 23: 17. & רָאוּ videbantur, Ijob 33: 21. legendum censeo, uti Joth dagessatum vel mappikatum, Vajjabíju, Thabíju, Rüju. Ut enim Joth in א, ita pariter א in Joth convertitur. Vid. cap. de literarum permutatione.

Expulsum Dages ex gutturatis compensatur; vel præviâ parvâ in magnam analogam conversâ, ut תְּבָרֵךְ benedices, pro תְּבַרֵּךְ ut בֵּרֵךְ benedixit pro בֵּרֵּךְ ut הֹרַג interemtus est, pro הֻרַּג & טֹרַף discerptus est, pro טֹרַּף Gen. 44: 28. vel præviâ magna tono affecta, ut יְשַׁל decutiet, וַיָּזֶד & coxit, וַיְּשַׁר & serravit, וַנִּבֹּל & diffluximus, pro וַנִּבֹּל Jesa. 64: 5. Compensatio tamen interim negligitur, 24 25

ut in נִאֵץ irritavit, Psalm. 10: 3. in לִהַט inflammavit, in נִחַם consolatus est, in בִּעֵר removit.

26 Rariùs Dages è non gutturatis ejectum per præcedentem magnam compensatur, ut הֵתֵל pro הִתֵּל illusit, יְהָתֵלּוּ pro יְהַתֵּלוּ Jerem. 9: 4. וַיִּתְפָּקְדוּ numerati fuerunt. Judic. 20: 15. הָתְפָּקְדוּ recensiti fuerunt. Num. 1: 47. תֵּתַצַּב pro תִּתְיַצֵּב stantem se præbuit. Exod. 2: 4. וָאֵקַל & levis habeor, pro וָאֵקַּל Gen. 16: 5. וְאֵיתָם integer ero, pro וְאֵתַּם Psal. 19: 14. נִשְׁתָּוָה pro נִשְׁתַּוָּה compositum ex נִשְׁוָה & הִשְׁתַּוָּה æqualis factus est, & æqualem se præbuit. הֻנָּה amotus fuit, pro הֻגָּה 2. Sam. 20: 13. מֹשֶׁה Mosche, extractus, Participium Pyhal, formæ זֹרֶה ventilatus. Tale, וָחָיָה & viva sit, pro וְחָיְתָה accentu ob silluk distinguentem retracto. תְּאָכְלֵהוּ consumet eum. Job. 20: 26. pro תְּאַכְּלֵהוּ. Simile וַיֶּחָלְקֵם pro וַיְּחַלְּקֵם & distribuit se contra eos. 1. Par. 23: 6. c. 24: 3. מְלָשְׁנִי linguâ lædens, pro מְלָשְׁנִי Psal. 101: 5.

DAGES FORTIS officium est triplex:

27 I. *Compensativum* absentis literæ mobilis, quæ vel similis est dagesandæ, ut סַבּוּנִי pro סְבָבוּנִי circumdederunt me. כָּרַתִּי pepigi, pro כָּרַתְתִּי. Sic נָתַנּוּ dedimus, pro נָתַנְנוּ vel dissimilis, nempe Nun ante Thau, נָתַתָּ pro נָתַנְתָּ dedisti, יִתֵּן pro יִנְתֵּן dabit, בִּתּוֹ filia ejus, pro בִּנְתּוֹ & אַפִּי ira mea

ex

ex אָנַף. Rarius י ſchevandum vel ל initio thematis per Dages compenſantur, ut הִצִּיב ſtatuit, pro הִיצִּיב & יִקַּח accipiet pro יִלְקַח.

II. *Eſt Characteriſticum* Conjugationum Pi- 28
hel, Pyhal & Hitpahel: ut פִּקֵּד׃ פֻּקַּד׃ הִתְפַּקֵּד.

III. *Euphonicum*, quod neque radicalem lite- 29
ram compenſat, neque conjugationis characterem indicat, ſoni habilioris & amœnioris gratia impreſſum. Eſt autem 1. vel Medianum, ut עֲרֻמָּה nuda, עֲרוּמִּים nudi, à ſingulari עָרֹם nudus. הַיּוּלָּד qui natus eſt. Jud. 13. 8. הַגְּדוּלָּה magnificentia. 1. Par. 17: 19. מִקְּדָשׁ Exod. 15: 17. יִקְּרֵךְ obveniat tibi. 1. Sam. 28. 10. עִקְּבוֹת Pſal. 89: 52. Ferè autem ſcribitur hoc Dages, quando retractus accentus ſemiparvam mobilem vertit in magnam, ut חָדֵּלוּ pro חָדְלוּ deſierunt. וַיְּחַלּוּ & expectarunt, pro יְחַלּוּ. Sic נָזֹּלוּ ſtillaverunt, Jeſa. 64: 2. pro נָזֹלוּ ex forma יָכוֹל potuit. נָשַׁתָּה defecit pro נָשְׁתָה Jeſai. 41: 17. מֹרָטָּה expolita eſt, Ezech. 21: 15. מִמֶּךָּ ex te. דַּיֶּךָּ ſufficiens tibi. Prov. 25: 15. Vel 2. Quaſi medianum, poſt lineam Makkeph ſcriptam ſeu occultam, & poſt ה quieſcentem literam. Sed quieſcere debet He vel in prævio Segol, ut עֹשֶׂה פְּרִי faciens fructum. Gen. 1: 11. אֶעֱשֶׂה־לָּךְ faciam tibi: משֶׁה לֵּאמוֹר Exod. 6: 10. vel in prævio Kamets, ubi ה nunc eſt expreſſum, ut שְׁקָה־לִּי oſculare me, נָתְנָה־לִּי dederat mihi; nunc intellectum מָשַׁחְתָּ שָּׁם unxiſti ibi.

הִגַּרְתָּ לִּי annunciasti mihi; vel deniq; in Pathach voculæ מָה, ut מַה־זֶּה quid hoc?

DE MAPPIK.

30 Mappik punctum est in ventre ipsius ה ex quieto faciens mobile, ut לָהּ lah, ei.

Mappik He literæ insigendum sæpe deficit, ut אָכְלָה ocla, pro אָכְלָהּ comedere ejus. הָשַּׁמָּה hosschamma, Lev. 26: 34, 35. positum loco הָשַּׁמָּהּ ex quo addita ב præpositione formatum בָּהָשַּׁמָּה Levit. 26. 43. pro בָּהָשַּׁמָּהּ in desolari eam. תֹּאכְלֶנָה pro תֹּאכְלֶנָּהּ comedas eam. תְּעֻגֶנָה pro תְּעֻגֶנָּהּ coquas eam, Ez. 4: 12. אָהֳלִי בָה pro אָהֳלִי בָהּ 'Oholibah. Ez. 23: 4. Nota: 18 voces destituuntur He mappikato. Loca memorantur in Masora magna, fol. 21. lat. b. col. 1.

DE RAPHE.

31 Raphe est linea transversa, quæ literis imposita eis vel quietem, vel effatum leniorem tribuit: quietem, ut in לָהֿ la, pro לָהּ lah, ei, Num. 32: 42. בְּחֶטְאָהֿ behet'a, in peccato ejus, pro בְּחֶטְאָהּ behet'ah. Num. 15: 28. effatum leniorem, ut in לֹא תִֿגְנֹב lo' djignob, pro לֹא תִּגְנֹב lo' tjignob, non furaberis. Exod. 20: 13.

DE

DE PUNCTIS EXTERMINANTIBUS.

Puncta literis impoſita, quæ neque vocalium neque accentuum ſuſtinent vicem, literarum in altero codice autographo abſentiam declarant, nullo ſententiæ detrimento, ut לִרְעוֹת אֶת־צֹאן אֲבִיהֶם ad paſcendum gregem patris ſui. Vid. Arcan. Kethib, p. 152. & ſeqq. 32

CAPUT IV.

DE ACCENTIBUS.

Summaria.

Accentus ſigna rectæ pronunciationis. Rectæ pronunciationis munia. Ex his natæ ſunt accentum differentiæ. Memorantur accentuū nomina & dignitates, cum ſervis. Dominorū munere fungentes miniſtri. Accentuum figura interdum diminuta. Figurâ ſimilium differentia. Accentuum ſedes. Accentus Tonicus duplex, primarius & ſecundarius, qui eſt Metheg vel Gabja. Primarii tonici ſedes. Makkeph ablati Tonici ſignum. Accentus Conjunctivus, quibus Dominis in libris Loamath & Amath tribuatur. Conſervitium. Quas voces jungat Conjunctivus. Regulæ Nexus Grammatici Hebræis peculiares. Diſtinctivus accentus quis? De ipſius mora, dignitate, diviſione ſeu diſtinctione. Periodus μονόκωλος, δίκωλος. *Diſtinctivi, ſubdiſtinctivi, quo pacto in ſcriptione latinâ accentus Hebræorum ſignari queant. Diſtinctivi & Vicariorum regu-*

la. Adduntur loca ex doctrina accentuum illustranda. Accentus vocis figurativus vel Moderator sonorum, à nemine explicatus, exspectat opem doctorum. Doctrina accentuum usus.

1 Accentus, qui sacrarum Scripturarum vocibus adjiciuntur, signa sunt rectæ pronunciationis.

2 Rectæ autem pronunciationis munia censentur; 1. Tonum syllabis congruum imponere.

2. Verba, quæ sensibus suis cohærent, conjungere, discreta disjungere.

3. Moram vocibus discretis interponere, eaque morâ sermonem sustinere ac distinguere.

4. Voces alias tardiùs, alias celeriùs proferre.

5. Sonum vocis intendere vel remittere, vel, ut verbo dicam, suaviter ac jucundè modulari, medium servare, vel, ubi oportet, continuare.

3 Ex pronunciationis rectæ muneribus nascuntur omnia illa Hebraïcorum accentuum discrimina. Nam ex toni positione nascitur Moderator toni syllabici, qui vulgo per excellentiam dictus Tonicus & Metheg. Ex junctura & separatione vocum, Moderator nexus grammatici, qui Disjunctivus & Conjunctivus dicitur. Ex pausis, quæ voces interstinguunt, Pausarius, qui vocatur Distinctivus. Ex moris denique & sonis, quæ verbis ac sententiis adduntur, Figurativus.

4 Quorum omnium definitiones & differentias antequam expono, juvet eorum figuras, nomina & dignitates hoc loco proponere. Quum autem libri sacræ Scripturæ, qui longioribus constant periodis

riodis, accentus habeant nonnullos, qui in libris breviorum periodorum non reperiuntur; & vicissim libri, qui brevioribus gaudent periodis, accentibus dotentur, qui in libris longiorum periodorum non apparent: placuit separatim describere eos, qui alterutris conveniant, postquam unum hoc monuero, parvis periodis gaudere Jobum, Proverbia & Psalmos, longioribus libros cæteros. Illos ab initialibus literis אמת Amath, hos Lo-amath, adpellare deinceps liceat. Sunt igitur

Librorum Lo-amath, i. e. longis periodis distinctorum, ACCENTUS DOMINI:

IMPERATOR PRIMUS.

Silluk, i. e. Terminus Periodi, ut in voce הָאָרֶץ׃ Gen. 1: 1. Quæ Sillukum sequuntur duo puncta, Soph Pasuk, i. e. finis versiculi vocantur. 5

IMPERATOR SECUNDUS.

Athnach vel Athnachtha, i. e. Respiratio, ut in אֱלֹהִים Gen. 1: 1.

II. REGES.

Segolta. Segol inversum, ut in הָרָקִיעַ Gen. 1: 7. 6

Sakeph Katon, ut in הַמָּיִם Gen. 1: 7. Sakeph, i. e. Spiritum suspendens. Katon seu parvus dicitur à figuræ, non à dominii tenuitate.

Sakeph-gadol, Sakeph magnus, à figuræ amplitudine, in לְהַבְדִּיל Gen. 1: 14.

Tiphcha, Palmo similis, ut in בְּרֵאשִׁית Gen. 1: 1.

7 III. DUCES.

רְבִיעַ Rebiah, insessor, vel pars quarta scil. Spiritûs, ut in לְמִינֵהֶם

Schalscheleth Pasicatus, catena *ante* Pasik, ut in וַיֹּאמַר ac dixit, Gen. 24: 12.

זַרְקָא Sarka, sparsor; ut in nomine אֱלֹהִים

פַּשְׁטָא Paschta, Extensor; ut in תֹהוּ

יְתִיב Jathib, sedens; ut in לָמָּה

תְּבִיר Thabir, frangens sc. ditionem Tiphchæ; ut in פְּרִי fructus.

מֵרְכָא כְפוּלָה Merca Kephulà, i. e. geminatus; ut in לָהּ Num. 32: 42.

8 IV. COMITES MAJORES.

פָּזֵר Paser, vel divisor scil. Spiritus, ut in voce הָרֹמֶשֶׂת Gen. 1: 21.

קַרְנֵי פָרָה Karne phara, cornua vaccæ, à paritate figuræ, ut בְּאַמָּה

תְּלִישָׁא גְדוֹלָה Thalischa-gedolà, ut in nomine דֶּשֶׁא Gen. 1: 12. תְּלִישָׁא avulsor *Spiritus*, formæ est participialis צְבִירָא colligens, יְקִידָא ardens. V. CO-

V. COMITES MINORES.

גֵּרֵשׁ Gereſch, expulſus ſcil. ſpiritus, ſive quod à Thaliſcha & ſervis ſuis frequentiſſimè expellitur, ut in הַמַּיִם [in פְּרִי

גֵּרְשַׁיִם Geraſchajim, i.e. Gereſch geminus; ut

פָּסִיק Paſik, ceſſantis nota *servi*. Scribitur cum Munach, ut in כָּל־עֵשֶׂב׀ Gen. 1:10,20. cum Sarka, ut קָדוֹשׁ׀ Jeſa. 6: 3. cum Mahpach, ut Gen. 1: 10. cum darga, Gen. 12: 17.

לְגַרְמֵיהּ ſibi relictus; vel ſolus, absq, domino: אֶת־כָּל־הַיְקוּם׃ Gen. 7: 23.

Accentus Dominus repetitus de gradu ſuo in proximum inferiorem dejicitur. 9

SERVORUM VEL CONJUNCTIVORUM Figuræ & Nomina.

מֵרְכָא Merca, producens vel prolongans ſcil. Spiritum loquentis, ut in voce הָיְתָה 10

מוּנַח Munach, vacua quaſi tuba; demiſſus ſcil. Spiritus loquentis, ut in בָּרָא

מַהְפַּךְ Mahpach, quaſi extenſio ſcil. Spiritus; vel inverſio, ſc. figuræ τ8 Munach: ut in מִתַּחַת

דַּרְגָּא Darga, gradus, vel gradum faciens Spiritus; ut in verbo וַיַּרְא

קַדְמָא Kadma. Prior. reſpectu Paſtæ, qui in poſtrema vocis litera collocatur, ut in תוֹצֵא

תְּלִישָׁא קְטַנָּה Theliſcha Ketanna, figura Theliſchæ majoris inverſa. אֲשֶׁר ירח

֪ יֶרַח Jérach, Luna corniculata; vel Jerach ben jomo, Luna filia unius diei, ut in אַלְפַיִם

Librorum אֱמֶת vel parvis Periodis distinctorum Accentus Domini.

I. IMPERATORES; in his Primus.

11 :— Silluk, ut in voce יָשָׁב׃ Psal. 1: 1.

Secundus.

Merca Mahpachatus, sive ex Merkæ & Mahpachi figura compositus, ut in חֶפְצוֹ Psalm. 1: 2.

Tertius.

Athnach, absente Merca Mahpachato, ut in nomine צַדִּיקִים Psal. 1: 6.

II. REX.

12 Athnach, præsente Merca Mahpachato, ut in verbo עָמָד Psal. 1: 1.

III. DUCES.

13 Rebia simplex, ut in סִתְרוֹ Psalm. 18: 12.

Rebia Gereschatus vel compositus, ut in נֵכָר & יְחַלְּצֵנִי

Schalscheleth Pasicatus, ut in 'עַד־אָנָא' & in תִּצְּרֶנּוּ custodies eum. Psal. 12: 8.

Sarka, ut in vocibus רַבִּים & פָּנֶיךָ

Tiphcha

Tipheha anterior, ut in עַמִּי populus meus.

IV. COMITES.

Paser, ut in בְּקָרְאִי & in בְּנֵי־אִישׁ 14

Pasik Kadmatus, ut in פְּרִיוֹ׀

Pasik Mahpachatus, ut in הַקְשִׁיבָה׀

SERVI SEU CONJUNCTIVI, QUI EXTANT IN BREVIORUM PERIODORUM VOLUMINIBUS.

Merca, ut in קָמִים & וּמְרִים 15

Munach inferior, ut in רָגְשׁוּ

Munach superior, in verbo יִתֵּן

Mahpach, ut in vocibus אָנָּא & לִשְׁמֹם

Kadma, ut in יִתְיַצְּבוּ consistant.

Tiphcha non anterior, ut לְמַעַן

Jerach, ut in תִּמָּלֵא & מוֹסְרוֹת

Sarka conservus Munach, ut in אָמַר & נֹאץ אֱלֹהִים

MAKKEPH, lineola transversa vocibus interjecta, ut אֶת־כָּל־הָעֵץ Gen. 1: 29. 16

DE SERVIS DOMINORUM MUNERE FUNGENTIBUS.

Servus proximè ante Dominum, quo cum nexu Syntactico non cohæret, disjungentis Domini affectat officium. 17

Servus

18 Servus proximè ante servum Domini conjungentem, disjungentis Domini potestatem sibi vendicat.

De Accentuum Figura defecta.

§ *Accentuum figura in libris breviorum periodorum diminuitur.*

19 Pesik ante Mahpach vel Kadma sæpius omittitur, præsertim post vocem minusculam.

20 Omnis Rebia in secunda aut tertia voce ditionis Silluki occurrens, est Rebia gereschatus, compositionem involvens cum Gerescho, quamvis interdum occultetur Geresch.

§ *Accentus nonnulli figura similes, situ differunt.*

21 1. Paschta ֙ per se semper ultimo dictionis elemento imponitur, & in vocibus penacutis, & scheva gemino finitis, ut דָּבָר כֶּגֶר פְּקֻדַּת

22 2. Jethib semper primæ vocali præponitur, ut בֵּן בֶּגֶר sed ante Makkeph vocali tonicæ postponitur

23 3. Silluk in syllaba tonica postrema sistitur, Metheg ante eam, ut פְּקֻדָּה׃

§ *Accentus in diversis dictionum partibus collocantur.*

24 1. Communiter accentus collocatur, ubi tonus. Sed ֒ ֔ ֨ & Pasta rejiciuntur ad ultimam literam. ֠ ad primam, licet ibi non sit tonus, הִנֵּה אַבְרָהָ[illegible]׃

2. Tiph-

2. Tiphcha in libris breviorum periodorum ante primam vocis vocalem positus, Domini vicem gerit; in tonica syllaba post vocalem officio fungitur servi. In libris longiorum versuum semper Domini dignitatem tuetur. 25

3. Merca Mahpacatus in dissyllabum penacutum vel in monosyllabum incidens, rejicit Mahpach in ultimam præcedentis, si eam reperit vacuam, ut יִסַּ֣רְתָּ֭ עֹז fundasti robur. Psalm. 14: 4. vel conveniunt Merca & Mahpach ad primam vocis literam, ut פֹּ֥עֲלֵ֭י אָוֶן Psal. 14: 4. ט֭וֹב Ps. 8: 3. 26

DE ACCENTU TONICO SYLLABARUM.

TONICUS Syllabarum dicitur, qui syllabas suspendit. Estque duplex; primarius vel secundarius. Primarius, qui extremam vel extremæ proximam suspendit syllabam. Secundarius ante primarium positus eodem modo syllabam sustinet: Metheg vocatus, nisi adhæreat schevæ mobili; Gaҕja, si adhæreat. 27 28

Nunquam primarius tonus residet in antepenultima, nisi media syllaba chatephatam, vel ex chatephata relictam, habeat vocalem, ut הָאֹ֫הֱלָה haóhela, Gen. 24: 67. הָאֹ֫הֱלָה: & הָאֹ֫הֱלָה haóhela, Exod. 33: 8, 9. נַֽעַמְדָה יָּחַד náҕamda jáchad, Jesa. 50: 8. 29

Putant

30 Putant, נַעֲמָרָה esse dissyllabon, sed vellem etiam docerent nos pronunciationem ejus. Rectius docebitur, in Accentuum positione *laborantem* fieri vocem, si ante tonum ejus primarium veniat vel nulla, vel una duntaxat syllaba, vel duæ, quarum prior constet vocali semiparva, vel propter amissum chateph concisâ.

31 Signum primarii sunt omnes accentuum figuræ. Secundarii seu Methegi est virgula erecta, vel vicarius ejus, Munach, ut וְהָעֵצִים Gen. 22: 7. vel Kadma ante Sakeph, ut לְמַלְכִּיאֵל & ante Geresch, ut וַיֵּלְכוּ Num. 33: 8. vel Merca ante Tiphcha, ut כְּכֹכְבֵי Exod. 32: 13. vel Munach ante Rebiah, ut תֵּעָצְבוּ Gen. 45: 5. Gahjæ signum est virgula erecta veniens ante scheva mobile, ut וְאֵת Esth. 9: 7.

32 Diversorum in eadem voce accentuum posterior Tonicus est primarius, prior secundarius, quem Euphonicum vulgo dicunt.

33 Si ejusdem figuræ accentus vocem afficiunt, prior syllabam acuit; si diversæ, posterior, ut הַמַּיִם aqua. וּלְמוֹעֲדִים & in tempora stata.

34 Signa toni primarii nonnunquam absunt à syllaba tono affecta. Signa ejusmodi sunt vel præpositiva vel postpositiva. Præpositiva, quæ primæ vocis literæ adjunguntur, ut Thelischa magnus in הָאָרֶץ haárets, Gen. 1: 30. אֲשֶׁר aschèr, qui vel quæ; & Tiphcha anterior in יְהוָה Jehovà. Post-

posi-

positiva, quæ ultimæ literæ adjiciuntur, ut Segolta in הָרָקִיעַ harakiah, ut Sarka in אֱלֹהִים Elohìm, & in שָׁמַעְתָּ schamáhta, audivisti. Gen. 3: 17. ut Thelischa Ketanna in וַיֹּאמֶר Vajjómer. Gen. 3: 14.

DE PRIMARII TONICI LOCO.

REGULÆ.

I. In semiparva, vel in litera schevata non re- 35
sidet accentus. Itaque אֲשֶׁר *ascher* legendum est, non, 'ascher.

II. Penacuta sunt nomina, quæ unicū segol, vel 36
עַל־זֹאת יִתְפַּלֵּל כָּל־חָסִיד׀ אֵלֶיךָ ob id / precabitur omnis benignitate affectus apud te, Psſ. 32: 6. כִּי כוֹס בְּיַד־יְהוָה וְיַיִן חָמַר׀ מָלֵא מֶסֶךְ Nam calix est in manu Domini / & vinum ferbuit plenum est crama, Psalm. 75: 9. אָז׀ יִמָּלֵא שְׂחֹק פִּינוּ tunc implebitur risu / os nostrum, Psalm. 126: 2.

2. Pasik kadmatus, ut יֵבֹשׁוּ וְיַחְפְּרוּ׀ יַחְדָּו pu- 212
dešient & erubescant simul, Psalm. 35: 26. שְׁפֹךְ חֲמָתְךָ׀ אֶל־גּוֹיִם effunde iram tuam super gentes, Psalm. 79: 6. קוֹל יְהוָה׀ יְחוֹלֵל אַיָּלוֹת Vox Domini párere facit cervas, Psalm. 29: 2.

3. Pasik mahpachatus, ut לַמְּדֵנִי׀ לַעֲשׂוֹת רְצוֹנֶךָ 213
doce me facere voluntatem tuam, Ps. 143: 10. אַתָּה׀ סֵתֶר לִי tu latibulum mihi es, Ps. 32: 7.

VII. Tiphchæ anterioris ditionem dividit 1. 214
Paser, ut וַיִּשְׁבְּתוּ שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים הָאֵלֶּה & cessarunt / tres viri illi. Job. 32: 1. וְיִשְׂמְחוּ׀ כָל־חוֹסֵי בָךְ לְעוֹלָם יְרַנֵּנוּ & lætentur omnes confidentes in te / in æternum cantent, Ps. 5: 12.

2. Pasik mahpachatus, ut יְהוָה׀ אוֹרִי וְיִשְׁעִי 215

Do-

Dominus lux mea & ſalus mea, Pſalm. 27: 1.
לָכֵ֣ן׀ שָׂמַ֣ח לִבִּ֗י propterea lætatum eſt cor meum, Pſalm. 16: 9.

216 3. Paſik merçatus, ut אֶשְׁתּוֹלְל֨וּ׀ אַבִּ֣ירֵי לֵ֭ב ſpoliati ſunt fortes animo, Pſalm. 76: 6.

217 VIII. Paſeri ditionem dividit Paſik kadmatus, ut יֶֽהֶלְמֵֽנִי־צַדִּ֨יק׀ חֶ֡סֶד percutiat me juſtus, benignè, Pſ. 141: 5. שִֽׁמְעָ֥ה תְפִלָּתִ֨י׀ יְהֹוָ֡ה audi preces meas ô Domine, Pſ. 39: 13. כִּ֤י לֹֽא־בָזָ֨ה וְלֹ֤א שִׁקַּ֡ץ nam non ſprevit, nec abominatus eſt, Pſ. 22: 25. Interdum deficit Paſik, ut עַד־אָ֨נָה אָשִׁ֪ית עֵצ֡וֹת usque quò ponam conſilia, Pſalm. 13: 3.

IV. REGULA:

218 Vicarius ditionem ſuam à proximè ſequente, quacum grammaticè conſtrui non ſolet, vocis quadam qualitate vel quantitate, non verò moræ longitudine, diſtinguit. v. gr. in libris Lo-amath,
כִּ֣י סָ֣ר לִרְא֑וֹת quòd diverteret ad videndum: Exod. 3: 4. וַיַּכֵּ֨ה אוֹתָ֜ם מֶ֧לֶךְ בָּבֶ֛ל וַיְמִתֵ֥ם & percuſſit eos Rex Babelis & interfecit eos, Jerem. 52: 27. כַּכָּת֣וּב בְּסֵ֣פֶר תּוֹרַת־מֹ֠שֶׁה ut ſcriptum in libro legis Moſe, 2. Reg. 14: 6. וַיִּקְרְא֤וּ סֹֽפְרֵי־הַמֶּ֙לֶךְ֙

הַמֶּ֫לֶךְ בָּעֵת־הַהִ֫יא & convocati ſunt ſcribæ regis tempore illo, Eſther. 8: 9. וַיְדַבֵּ֫ר יְהוָ֫ה אֶל־מֹשֶׁ֫ה בְּמִדְבַּ֫ר־סִינַ֫י & loquutus eſt Dominus ad Moſen in deſerto Sinaj, Num. 1: 1. וְהָיָ֫ה שְׁאֵרִ֫ית יַעֲקֹ֫ב Et erunt reliquiæ Jacobi. Mich. 5:7. וַיֹּ֫אמֶר חֲנַנְיָ֫ה לְעֵינֵ֫י כָל־הָעָ֫ם dixitque Hananja in conſpectu totius populi. וַיַּ֫עַל אַבְרָ֫ם מִמִּצְרַ֫יִם & aſcendit Abram ex Ægypto. Gen. 13: 1. וַיִּקַּ֫ח אֶת־עֲטֶ֫רֶת מַלְכָּ֫ם מֵעַ֫ל רֹאשׁ֫וֹ tulitque diadema Regis eorum de capite ſuo. 2. Sam. 12: 30. וְיָרְד֫וּ כָל־עֲבָדֶ֫יךָ אֵ֫לֶּה אֵלַ֫י & deſcendent omnes ſervi tui iſti ad me. Exod. XI. 18. וְאֵינֶ֫נּוּ חָסֵ֫ר לְנַפְשׁ֫וֹ Nec eſt ipſe deficiens animæ ſuæ. Eccl. 6: 2. וּשְׁבַ֫ע עֶשְׂרֵ֫ה שָׁנָ֫ה & ſeptem decem annis. 1. Reg. 14: 21. וַיִּשְׁלַ֫ח הָאֱלֹהִ֫ים מַלְאָ֫ךְ miſitque DEUS Angelum. 1. Paral. 21: 15.

IN LIBRIS AMATH.

וּמֹאזְנֵ֫י מִרְמָ֫ה לֹא־ט֫וֹב׃ & lances doloſæ non ſunt res bona. Prov. 20: 23. לֹא־נָאוֶ֫ה לִכְסִ֫יל תַּעֲנ֫וּג non decet ſtolidum oblectatio. Proverb. 19: 10. תֻּמַּ֫ת יְשָׁרִ֫ים תַּנְחֵ֫ם וְסֶ֫לֶף בֹּגְדִ֫ים יְשָׁדֵּ֫ם׃ Inte-

Integritas rectorum_ducit eos: at perversitas perfidiosorum_devastat eos. Prov. XI. 3.

V. Regula.

220 Imperatoris Pausarii ditionem accentus dignitate propior identidem facit dividuam.

Itaq; Silluki ditionem dignitate proximus Dominus dividit in duas partes primas, has dignatione proximus in duas secundas, secundas alius in duas tertias, tertias denique alius in totidem quartas. Exempli gratia, versu septimo Jerem. c. XXI. cola seu primas Silluki partes dividit proximus dignitate pausarius in voce נַפְשָׁם. Athnacho proximus dignitate Sakeph prior diribet ditionem ejus in partes secundas, in queis prior pertingit ad nomen בָּבֶל, posterior ad Athnachum. Partium secundarum primam Sakepho priori dignitate proximus Rebiah distribuit in tertias, in voce וּמִן־הָרָעָב. Tertias partes dispertitur Paser primus in voce נְאֻם־יְהוָה: posteriorem tertiæ in quartas contribuit Paser dictionis וְאֶת־הָעָם Quartas denique Gerесch vocis הַזֹּאת in quintas. Ultimum periodi colon, quod post Athnachum inchoatur, finiturque Silluko, disterminat in duas partes secundas Sakeph prior dictionis לְפִי־חֶרֶב

in

in tertias poſterior Sakeph, in quartas Tiphcha in verbo יַחְמֹל i. e. clementia utetur.

DE
ACCENTU FIGURATIVO.

Accentus figurativus eſt, qui figuram vocis 221
moderatur. Facit hoc, quando vocem tardat vel accelerat, remittit vel intendit, vel legitimum ſoni gravis & acuti intervallum temperat.

Vocum innumeræ ſpecies qualitate & quantitate contrahuntur. Qualitas vocis admodùm varia eſt. Nam eſt acris & lenis, & mœſta, & hilaris, & candida, & fuſca, & dura & flexibilis. His differentiis notandis ipſa Textus ſacri verba & rerum, quæ memorantur, argumenta ſufficiunt, nec opus eſt aliis ſignis, quæ motus animi declarent. Igitur quo altius lector Scripturæ ſenſa penetraverit, eò rectius vocem illis accomodabit. Iraſcentis motum animi perſequetur genere vocis acuto & incitato, & crebriùs incidente: Miſerantis ac mœrentis orationem flexibili, pleno, interrupto, flebili voce: Metuentis verbum erit demiſſum & hæſitans & abjectum: Vim intendentis contentum, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis: lætantis, effuſum, lene, tenerum, hilaratum ac remiſſum: Odium & moleſtiam habentis; ſine commiſeratione grave quiddam ac uno preſſu, ac ſono obductum. Exempla in Prophetis paſſim obvia. Inveniuntur & aliæ vocis qualitate ſua ſpectatæ ſpecies, quibus omnibus inſinuandis ſigna quantumvis multa non ſuffecerint. Totidem quippe

pe sunt, quot in rerum natura mortales, & sua cuique, sicut facies. Minùs varia vocis quantitas. Est enim vel festinata, vel tarda, vel mediocris, intensa, remissa, media. Eadem elatis vel inferioribus vel æqualibus modis gradibusque figurata, nec gravissimis nec acutissimis sonis, quæ ad cantum pertinent, absolvitur: sed iis, qui sermoni vel recitationi conveniant, ut septem Mesotoni & Semitoniorum ejus ad flexum vocis facientia discrimina, quæ plurimum nostro judicio ad pronunciationis jucunditatem conferunt.

Et verò festinatam & celeriusculam denotat vocem

1. Absens in versu Athnachus, ut וַיְכֻלּוּ הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ וְכָל־צְבָאָם: perfecti igitur sunt, cœli & terra; & omnis exercitus eorum. Genes. 2: 1. vid. Gen. 8: 15. Gen. 42: 39. cap. 35. 24. &c.

2. Subdistinctivus Minor positus loco Majoris, לְכוּ זִבְחוּ־לֵאלֹהֵיכֶם בָּאָרֶץ: pro זִבְחוּ Exod. 8: 21. עוּרָה לָמָּה תִישַׁן אֲדֹנָי pro עוּרָה Psalm. 44: 24.

3. Servus positus loco Minoris, ut כִּי לֹא חָמֵץ pro כִּי Exod. 12: 39. שְׁתֵּי טַבְּעוֹת זָהָב pro שְׁתֵּי Exod. 28: 27. לְמַעַן יִרְאוּ וְיֵדְעוּ pro לְמַעַן Jesa. 41: 20. הוּא וְכָל־עַם הַמִּלְחָמָה pro הוּא Josu. 10: 7. Ita Munach, Mahpach & Kadma venit in locum Gereschajim Jesa. 7: 8. Josu. 10: 7. Gen. 27: 30. In libris Amath Servus Tiphcha non anterior

rior loco Minoris Pasik :אוֹ מַה־מִיָּדְךָ יִקָּח pro אוֹ Job. 35: 7. Munach loco Tiphcha anterioris הוּכָּה כָעֵשֶׂב וַיִּבַשׁ לִבִּי Pf.102:5. Merca loco Tiphcha anterioris. Prov. 3:4. Merca loco minoris Sarka positus celeriorem indicat sermonem. Pf. 68: 32.

Eâd. de causa pro Pasik kadmato adhibitus Mahpach prævio conservo Sarka, in voce יֵבֹשׁוּ pudefiant, Pf. 6:11. in verbo וִיהִי Psalm. 9:10. 2. Pro Minore Tiphcha minister Munach, prævio Munach, יוֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם יִשְׂחָק Psalm. 2: 4. רָם עַל־כָּל־ גּוֹיִם יְהוָה Psalm. 113: 4. Idem facit Servus positus loco Majoris, ut Kadma loco Thelischa gedola, וַיִּקַּח בֶּן־בָּקָר רַךְ וָטוֹב pro וַיִּקַּח Gen. 18:7. Merca loco majoris Sakephcaton in verbo לְכוּ Exod. 10: 8. Thelischa Ketanna in verbo וַיֹּאמַר pro Paser. Job. 1: 21. Servi denique continuò repetiti sermonem accelerant. וַיְהִי כִשְׁמוֹעַ כָּל־מַלְכֵי הָאֱמֹרִי Josu. 5: 1. וְאָכְלָה בְךָ כָל־עֵץ־לַח וְכָל־עֵץ יָבֵשׁ Ezech. 21: 3. Notandum, quod literis begadkephath, post quiescentem servo contiguam, dages non imprimitur.

TARDAT sermonem subdistinctivus major, 228 positus loco minoris, v. gr. Sakephkaton loco Tiphchæ: וַיַּרְא אֹתָם וְהִנָּם זֹעֲפִים & aspexi eos, & ecce eos mœstos. Gen. 40: 6. Sakephgadol loco Tiphcha, שַׁלְּחוּנִי וְאֵלְכָה לַאדֹנִי: dimittite

 me,

me, ut eam ad Dominum meum. Gen. 24: 56. Jeſa. 4: 6. Hoſeæ 8: 12. Gen. 14: 6. Rebia loco Sarkæ. Deut. 4: 39. Exod. 36: 2. Rebia loco paſta Jeſa. 9: 5. Gen. 2: 21. Rebia loco Tebir. Gen. 12: 8. Deut. 7: 20. Theliſcha magnus Gereſchi loco Jerem. 29: 13. Theliſcha magnus pro Gereſcho. Gen. 36: 6. In libris Amath, ſubdiſtinctivus major Rebia venit loco Tiphchæ anterioris, qui eſt ſubdiſtinctivus minor, סָבִיב רְשָׁעִים יִתְהַלָּכוּן Circumquaque; obambulant impii. Pſal. 12: 9. Pſalm. 35: 6. & 38: 10. Pſalm. 5: 3. Pſalm. 18: 12. Rebia venit loco minoris ſubdiſtinctivi Sarkæ, קוֹל יְהוָה עַל־הַמָּיִם Pſalm. 29: 2. vid. Pſalm. 78: 50. & 24: 4. &c.

2. Tardat pronunciationem ſubdiſtinctivus minor, pro ſervo ſcriptus. verbi gr. Tiphcha pro Merca, וְאָסִירָה כָּל־בְּדִילָיִךְ׃ Jeſa. 1: 25. vid. Jeſa. 8: 20. Exod. 6: 16. Tiphcha pro Munach, Deut. 13: 15. Sarka pro Munach; וְהֵבִיאָה אֶל־הַכֹּהֵן Levit. 12: 5. Paſta pro Munach. בַּחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי Gen. 7: 11. Jethib pro Munach in בָּאוּ Jerem. 4: 29. Tebir pro Merca. Jeſa. 1: 18. Geraſchajim pro Mappach. Exod. 31: 6. Gereſch pro Munach, Ezech. 44: 4. Gereſchajim pro Darga, in Oholiab. Exod. 38: 23.

3. Tardat pronunciationem ſubdiſtinctivus Major, in ſervi locum ſuccedens. ex. gr. Theliſcha major, qui ſtat loco ſervi Munach in וְהוּא יָרַד 2. Sam.

2. Sam. 23: 20. Rebia Gereschatus major, qui stat loco Merka: וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ־רִיק Psalm. 2: 1. Rebia simplex veniens loco ministri Jerach. Psal. 2: 7. Tiphcha anterior loco ministri Merka Psal. 119: 36. Pasik kadmatus loco Mahpach. Ps. 5: 11. Idem loco Munach, Psalm. 42: 6. idem loco ministri Jerach. Prov. 30: 8.

4. Censetur etiam Pasik vocis tardius memorandæ signum. יְהוָה׀ צִדְקֵנוּ׃ DOMINUS Justitia nostra. Jerem. 23: 6. אֵיבָה׀ אָשִׁית inimicitiam ponam. Gen. 3: 15. vid. Gen. 22: 14. 2. Reg. 3: 16. Jesai. 26: 3. Eccles. 7: 25.

5. Scriptor divinus ubi tardiorem & distinctam pronuntiationem affectat, distinctivos cumulat, שִׁחֵת לוֹ לֹא בָּנָיו מוּמָם An corruptio est, penes ipsum? minimè; Filiorum est macula sua: Deut. 32. 5. וַיִּמַח אֶת־כָּל־הַיְקוּם׀ אֲשֶׁר׀ עַל־פְּנֵי הָאֲדָמָה Gen. 7: 23. עַמִּי זְכָר־נָא מַה־יָּעַץ בָּלָק מֶלֶךְ מוֹאָב Popule mi, quæso memento, quid consuluerit Balak, Rex Moabitarum. Mich. 6: 5. vid. Jesa. 66: 20. Si celeriorem requirit prolationem conjunctivos interponit. Jerem. 41: 1. Jerem. 36: 6.

Accentus distinctivi in diversis vocibus continuò repetiti vel remissiorem sonum vel μονοτονίαν significant: v. gr. Dominus Paser octies repetitus, 1. Par. 15: 18. idem quinquies. 1. Paral. 16: 5. Bis repetitus Sakeph gadol, Exod. 39: 32. 1. Reg. 19: 4. præcedente etiam Sakeph parvo. Sarka Judic. 18: 14. 2. Reg. 7: 13. Pasta sæpe sese consequitur,

 Gen.

Gen. 1: 7. & alibi. Servus Munach undecies repetitus 1. Par. 28: 1. ſæpius & aliàs. videatur Jeſa. 66: 20. Jerem. 36: 6.

224 Diſcrepant ſonis ejusdem dictionis ſyllabæ, ſi accentuum diverſa gaudeant figura, ut in concurſu Domini & Servi כָּל־בֹּצֵעַ omnis quæſtuans. Proverbior. 1: 19. In concurſu ſervorum: Merkæ ſcilicet & Mahpachi יָבֹא veniat. Pſalm. 50: 3. וְיֹשֵׁב & manet Pſalm. 55: 20. Merkæ & Sarkæ נִאֵץ irritat. Pſalm. 10: 3. יָפִיחַ ſufflat, ibid. vſ. 5. Mahpachi & Sarkæ, הוֹשִׁיעֵנִי ſerva me. Pſalm. 3: 8. רָעֵב famelicus Job. 5: 5. לֹא־רָאוּ non viderunt. Job. 37: 21.

225 Concordant ſoni ſyllabarum, quæ iisdem inſigniuntur accentuum figuris, ut לֶחֶם panis. מִשְׁנַת Levit. 14: 21. שָׁמַעְתָּ Gen. 3: 17. וַיֹּאמֶר Gen. 3: 14. Hoc uno differt à ſuperiore ultima ſyllaba, quod ſuperioris tonus eſt productior. Notandum, quòd tria poſteriora in quibusdam Codicibus accentum non geminant.

226 Accentus Metheg ſyllabam ſuam ſuſtinere breviori mora videtur, quàm vicarius Methegi ſervus, v. gr. חֲזַק וֶאֱמָץ *confirmator & fortis eſto.* Deut. 31: 23. וְהָעֵצִים Gen. 22: 7. וַיֵּלְכוּ Num. 33: 8. כְּכוֹכְבֵי Exod. 32: 13. תֵּעָצְבוּ Gen. 45: 5. וַיִּשָּׂאֵהוּ 2. Reg. 4: 20.

16. Pro-

16. PRÆCIPUUM figurativi munus est vocis acutæ vel gravis discrimina moderari, &, quæ sonorum intervalla sermonem deceant, ostendere. Huic negotio famulatur accentuum situs, multitudo, figura, & quicquid hactenus neq; ad tonicum, neque ad distinctivum, neque ad conjunctivi officia referri poterat, cujusmodi sunt vel infernè vel supernè positi servi aut Domini; servorũ à tono vocis vel unâ duntaxat syllabâ vel pluribus distantia; unius Domini servitium duplex, imò triplex; Servi in libris Amath nunc ad prævium distinctivum, nunc ad sequentem Dominum absolutum respicientis necessitas; Servus denique ante certum Dominum, vel penacutam, vel Dages oneratam vocem postulans. SED hæc & alia his consimilia, quæ ad modulationem sermonis attinent, planissimè explicare, rei nondum exploratæ obscuritas vetat. Inertiâ Judæorum diu est, quòd ars Hebraicè scripta suaviter ac jucundè recitandi periit, Christianis instauranda, si quantum possunt, illius curam susceperint. Equidem magnoperè confido fore, ut restituatur, si quis nec Musicæ artis ignarus, nec in accentuum doctrina rudis clarissimos ætatis nostræ Oratores audiens, accuratiùs notaret vocis figuras sonorumque discrimina, quibus ad orationis suavitudinem utentes eruditis auribus probantur. Interea, dum hæc ita perficiuntur, fruamur iis, quæ de accentuum vi distinctiva viri docti præceperunt. His enim cognitis, etiamsi ad artis vetustæ regulas legere & recitare Scripturam nequeas, id tamen consequéris, ut & sensa textuum divinorum omnia distinguere, & quæ in 229

oratione conjungenda sunt conjungere, quæ dividenda dividere, & innumeras Interpretum halucinationes ex inscitia vel neglectu accentuum natas corrigere & emendare queas. In cujus rei fidem sequentia placuit afferre loca, barbaris quidem instructa distinctionum signis, sed quæ sensum Scripturæ non minus quàm Hebraica interstinguant.

LOCA SCRIPTURÆ
SECUNDUM REGULAS ACCENTUUM DISTINCTA.

128 LOcus primus Gen. IX. 6. Effundens, sanguinem hominis; per hominem; sanguis ejus effundetur: quia, in imagine Dei; fecit *Deus*; hominem.

De virgulæ punctatæ ante seipsam positæ vi majore distinctiva vide Regulam Pausarii I. n. 136, 137.

Locus II. Gen. 21: 23. Et nunc, jura mihi per Deum, hîc; te non defuturum mihi; neq, filio meo; neque posteris meis: paremque benignitatem, quam exercui erga te, exercituru͂ erga me; & erga regionem; in qua peregrinaris.

Loc. III. Gen. 49. 10. Non recedet sceptrum, à Jehuda; neque Legislator; è medio pedum ejus: usque, dum veniat Expetitus ejus; ac *sit* ei; aggregatio populorum.

Loc. IV. Gen. 49: 11. Ligans ad vitem, asellum suum; & ad generosam vitem; pullum asinæ suæ:

Loc. V. Exod. 15: 16. Irruat super eos terror ma-

maximus, & pavor; magnitudine brachii; obstupescent tanquam cautes: donec pertransierit populus tuus, DOMINE; donec pertransierit; populus quem acquisivisti.

Loc. V. Deut. 32: 5. An corruptio *est*; ei? Non *est*; filii ejus sunt macula sua: generatio perversa; & contorta. שַׁחַת *corruptio* Hose. 13: 9. Corruptio tua est ô Israël. nominis habet formam, ut אֹמֶר *dictum*.

Locus VI. Deut. 33: 21. Et prospexit principio, sibi; quòd ibi, *in* portione Legislatoris; protectus: & venit, *cum* principibus populi; justitiam DOMINI, fecit; & judicia ejus; cum *reliquis* Israëlitis.

Loc. VII. Cant. 1: 4. Trahe me; post te curremus: *quum* introduxerit me Rex. in conclavia sua, exultabimus & lætabimur, in te; commemorabimus amores tuos, meliores vino; plus rectissimis; (i. e. *meracis potionibus*) amant te *puellæ*. מֵישָׁרִים rectitudines, pro מִמֵּישָׁרִים.

Loc. VIII. Eccles. 1: 5. Oritur Sol; & occidit Sol: iterumque ad locum suum; anhelat, oriturus idem; ibidem.

Loc. IX. Eccl. 3: 21. Quis intelligit, spiritum, filiorum hominis; qui ascendit sursum: & spiritum, bestiæ; qui descendit; infra terram.

Loc. X. Eccl. 5: 8. Sed præstantia terræ; præ omnibus est: Rex agri; colitur.

Loc. XI. Eccles. 8: 2. Quod attinet ad me, præstitutum Regis observa; quod ad Excelsum; ordinationem; juramenti Dei.

Loc. XII. Eccl. 9: 1. Nam totum hoc. condidi in animo meo, scil. ut declararem totum hoc; quòd justi & sapientes, factaque eorum; in manu sunt Dei: cum amorem tum odium, nescit, homo; omnia *posita sunt*; in conspectu eorum. *i. e. Dei.*

Loc. XIII. Judic. 6: 24. Extruxit autem ibi Gidhon altare, Domino Jehovæ; quum proclamavisset ei Jehova; Pacem: usque, in diem hunc; adhuc exstat; Hophræ; Abi-Hezritarum. *Sine causa Tremellius reprehenditur, quod Vau conversivum contra usum reddit particulâ* quum vel postquam. *Scil. in mentem reprehensoris non venerunt loca Josua 7: 25. Et cremarunt eos igne*, POSTQUAM *lapidassent eos lapidibus. Job. 14: 10. At vir moritur*, POSTQUAM *debilitatus fuerit. Item Hos. 2: 16. Nech. 2: 6. Exod. 14: 21. Exod. 4: 31. Num. 21: 30. 2. Reg. 2: 14. &c.*

Loc. XIV. Judic. 10. 8. Confregeruntque & conquassarunt, filios Israelis; ad annum; istum: duodeviginti. annos *conquassarunt*, omnes filios Israëlis, qui *erant*, ultra Jordanem; in terra Emoræi; quæ est in Gilhaditide.

Loc. XV. Jud. 12: 4. Et congregavit Jiphthach, omnes viros Gilhadis; pugnavitque; cum Ephrajimitis: Deinde percusserunt viri Gilhadis. Ephrajimitas, quia dixerant, perfugæ Ephrajimitarum, estis; Gilhaditæ; medii estis inter Ephrathæos; & inter Menassitas.

Loc. XVI. 2. Sam. 3: 8. Tum iratus est Abner valde. propter verba Ischboschethi, & dixit, nunquid caput canis ego, qui adversor Jehudæ; hodie

die exercuero pietatem, erga domum, Saulis patris tui, erga cognatos ejus, & erga proximos ejus; quòd non exhibuerim te; in manum Davidis: & imputes mihi, iniquitatem mulieris; hodie.

Loc. XVII. 2. Reg. 1: 6. Qui dixerunt ei, quidam, ascendit obviam nobis, qui edixit nobis, abite revertimini, ad Regem, qui misit vos; & eloquemini ei, sic, ait DOMINUS; an propterea quòd non est DEUS, in Israële; tu mittis; consultum; Bahalzebubum; Deum Hekronis: propterea/ ex illo lecto, quo ascendisti, non descendes; sed omninò morieris.

Loc. XVIII. Jes. 1: 13. Ne pergitote, offerre munus vanitatis; Suffimentum abominationis, istud est; mihi: *neque pergitote* novilunio vel Sabbato, convocare cœtum; non possum ferre iniquitatem; cum die feriato.

Loc. XIX. Jesa. 3: 24. Eritque loco aromatis, ut exsistat tabes, & loco cinguli dissolutio, & loco operis pexi, calvitium; & loco segmentatæ cycladis; cinctus cilicii: Ruga loco; pulcritudinis.

Legitur : כִּי־תַחַת יֹפִי׃ *euphonias gratiâ, pro* כִּי תַחַת יֹפִי׃ *vel* כִּי תַחַת־יֹפִי׃ *Ruga; loco pulcritudinis. Nec insolens derivatio cesenda ipsiq* כִּי *ex* כָּוָה *Eâdem quippe ratione à* נָהָה *venit* נִי *lamentum: à* בָּהָה *vacuum,* בִּי *aliquantillum: à* צָוָה *aridum* צִי *unde etiam* צִים *vel* צִיִּים *plurale nomen.*

Loc. XX. Jes. 5: 30. Fremetque in ipsum, tempore illo; quasi fremitu maris: quumque intuebitur in terram, ecce tenebras; splendor atque lux;

obtenebrata sunt; ruinis ejus. צַר *concisum ex integro* צָהֳר *splendor.*

Loc. XXI. Jesa. 8: 23. Nam haut obscurabitur, ei quæ affecta est angustiâ; secundùm tempus istud prius, contemtionem extendit. usque ad terram Sebulonis, & usque ad terram Naphthali; sed posterioris *temporis opportunitas* honore affecit: viam scil. ferentem ad mare, secundùm Jardenem; Galilæam gentium.

Loc. XXII. Jesa. 16: 1. Mittite agnum dominatori terræ; à Petra ad desertum usque: ad montem filiæ Sionis. מֹשֵׁל־אֶרֶץ *accipiendum est, ut* לְמֹשֵׁל־אֶרֶץ *Dominatori terræ.*

Loc. XXIII. Jesa. 21: 2. Visione dura; nunciatur mihi: Perfidus iste perfidè agit, & vastator iste vastat; Ascende Ħelamitis, obside Media; omnis gemitus *à Babylonüs oppressorum*; faciam ut cesset.

Loc. XXIV. Jesa. 25: 5. Sicut æstum in arido; tumultum peregrinorum; deprimes: ut æstus, umbrâ nubis; cantus violentorum; humiliabitur.

Loc. XXV. Jerem. 26: 19. Reviviscunt mortui tui; cum cadavere; resurgunt: Expergiscimini & cantate qui habitatis pulverem, nam ros olerum, ros tuus est, & terra; vitæ expertes projiciet. *i. e. ut partum enitetur.*

Loc. XXVI. Jesa. 28: 17. Et disponam judicium, ad lineam; & justitiam; ad perpendiculum: ut excernat grando, receptum fallaciæ; & latibulum ab aquis; *aquæ* inundabunt: וְסֵתֶר מַיִם יִשְׁטֹפוּ׃ *plenius scriberetur.* וְסֵתֶר מִמַּיִם מַיִם יִשְׁטֹפוּ׃ *& latibulum ab aquis aquæ inundabunt.*

Loc.

Loc. XXVII. Jesa. 30: 20. Dabitque vobis Dominus, panem *in* angustia; & aquam *in* oppressione: neque includetur angulo amplius, ullus docentium te; eruntque oculi tui; videntes doctores tuos. לֶחֶם צָר pro לֶחֶם בְּצָר & וּמַיִם לַחַץ pro וּמַיִם בְּלַחַץ *Vide cap. de Ablatione Literarum.*

Loc. XXVIII. Jesa. 45: 24. Tantummodò in Domino Domino, quod promisit mihi; omnis justitia & robur est: contra ipsum, venient & erubescent; quicunque; irascentur in eum.

Loc. XXIX. Jerem. 9: 2. Et intenderunt linguam suam, arcum suum fallaciam; neque pro fide; fortes fuerunt in terra.

Loc. XXX. Jerem. 21: 7. Postea autem verissimum dictum DOMINI/ tradam Tzidkijam Regem Jehudæ. servosque ejus. & populum ipsum/ id est qui residui fuerint in civitate hac. à peste. à gladio & à fame, in manum, Nebucadretzaris Regis Babyloniæ; & in manum, inimicorum ipsorum; ac in manum; quærentium animam ipsorum: qui percutiet eos acie gladii; non parcet eis; neque clementia utetur; neque miserebitur.

Loc. XXXI. Jerem. 23: 6. Diebus illis, salvus erit Jehuda; & Jisraël; habitabit securè: & hoc erit nomen ejus quo vocabit eum; DOMINUS Justitia nostra.

Loc. XXXII. Ezech. 33: 11. Dic eis. ne vivam ego. dictũ. Domini Jehova Dei, si delector, morte improbi; sed *delector*. quum revertitur improbus, à via sua; ut vivat: revertimini revertimini. à viis vestris pessimis, cur enim moreremini; Domus Jisraëlis.

Loc.

Loc. XXXIII. Dan. 9:7. Penes te ô Domine, est Justitia; at penes nos, pudor faciei; qualis est die hoc: *Pudor est faciei* penes viros Jehudæ, & penes habitatores Hierusolymorum; & penes omnes Israelitas, propinquos & longinquos, in omnibus regionibus, quò depulisti eos; propter prævaricationem ipsorum; qua prævaricati sunt in te.

Loc. XXXIV. 2. Par. 3: 1. Deinde cepit Salomo, ædificare domum DOMINI, Hierusolymis; in monte Morijæ; ubi apparuerat; Davidi Patri ipsius: quem aptavit, in loco Davidis; in area; Ornanis Jebusæi.

Loc. XXXV. 1. Par. 17: 17. Prævidisti mihi, secundùm delineationem hominis illius, excellentiam; Jehova Deum. *Idem vult locus parallelus* 2. Sam. 7: 19. Loquutus es, de familia servi tui; in longinquum: Scilicet, delineationem Hominis illius; delineationem Domini Jehova Dei.

Loc. XXXVI. 1. Par. 28: 1. Congregavit itaque David omnes principes Israelis / principes tribuum & principes distributionum ministrantes regi / & principes millium & principes centenorum / & principes omnium facultatum & pecuniæ regis & filiorum ejus. cum evnuchis & robustis, omnibusque valentibus robore; in Jerusalem.

EX LIBRIS AMATH.

129 Loc. XXXVII. Psalm. 10:6. Dicit cum animo suo, non movebor: à generatione in generationem *erit*; qui non est in calamitate.

Loc.

Loc. XXXVIII. Psalm. 10: 14. Intuéris/ imò tu es. *cum* molestia & indignatione/ adspicis, ut reponas manu tua: tuæ fidei, committit se defectus viribus; pupilli; tu, es adjutor.

Loc. XXXIX. Psal. 10: 15. Frange, brachium improbi: & malum quòd concernit; inquiras in improbitatem ejus non reperias. *non relinquatur, quod punias.*

Loc. XL. Psalm. 17: 15. Equidem; in justitia, videbo vultum tuum: satiabor quum expergiscar; imagine tua.

Loc. XLI. Psalm. 32: 4. Nam, interdiu & noctu, gravis erat super me; manus tua: convertebatur præstantissimus humor meus; in siccitates æstivas Sela.

Loc. XLI. Psalm. 45: 5. Et in decore tuo, prosperè equita; super verbum veritatis, & justitiæ & mansuetudinis: doceatque te terribilia dextera tua.

Loc. XLII. Psalm. 46: 5. Fluvius; & rivi ejus; lætificant civitatem Dei: *lætificant* sanctissimum; habitaculorum Excelsi.

Loc. XLIII. Psalm. 47: 10. Promtissimi populorum, congregantur; *cum* populo Dei Abrahami: quia DEI sunt, scuta terræ; valde excelsus est. *Scuta, i. e. protectores. excelsus est, scil. populus Dei.*

Loc. XLIV. Psalm. 49: 15. Tanquam pecudes, ad sepulcrum disponuntur, ut mors depascat eos: & dominabuntur eis Recti, in matutino; & forma eorum, *erit* in consummationem sepulcri; ut non

non maneat habitaculum ei. *i. e. ut nusquam sit splendor eorum.*

Loc. XLV. Psalm. 50: 1. Psalmus, Asapho: Deus primus. Deus / Dominus; eloquitur, & inclamat terram; ab ortu solis; usque ad occasum ejus.

Loc. XLVI. Psalm. 58: 2. An revera; ligamentum justitiæ, pronunciabitis: *an* quæ recta sunt, judicabitis; filii hominum? אֵלֶם *est ligamentum, obligatio, vinculum seu colligatio. Verbum cognatum* נאלם *ligatus vel vinctus, cui vinculum linguæ solutum non est. Idem sensus nominis, Psal. 56. 1.* עַל יוֹנַת אֵלֶם רְחוֹקִים *de oppressione ligæ vel colligationis longinquorum. Ita conjurationem* vel *colligationem societatis notat* קֶשֶׁר *deductum à verbo* קָשַׁר *conjuravit, ligam fecit.*

Loc. XLVII. Psalm. 62: 10. Tantummodò vanitas sunt nati plebejo homine, mendacium sunt nati præstante viro: in lances ut ascenderint: ipsi; necdum vanitati sunt æquilibres.

Loc. XLVIII. Psal. 64: 7, 8. Scrutantur ascensus *cordium*; perfecimus *inquiunt*, accuratum scrutinium: imò intimum viri; & cor profundum *exploravimus.* Sed jaculis figet eos; Deus: *à* sagitta repentina; erunt plagæ eorum.

Loc. XLIX. Psalm. 68: 22; Tantummodo Deus; frangit, caput inimicorum suorum: verticem comatum; indesinenter ambulantis; in reatibus suis.

Loc. L. Psalm. 110: 3. Populus tuus erit spontanearum oblationum *populus*, die roboris tui: cum

cum decentissima sanctitate, tanquam ex utero aurorae; *stillabit* tibi; ros juventae tuae.

Loc. LI. Psalm. 110. 7. De torrente, in via bibet: iccirco; extollet caput.

Loc. LII. Proverb. 30: 1. Verba. Aguris filii Jake; Lemma: Dictum verissimum viri, Itthielis; Itthielis, qui & Uchal. Equidem stupidior sum, quàm ut Vir habear: nec est intelligentia hominis mihi. 3. Neque didici sapientiam: ut scientiam SANCTORUM, perciperem. 4. Quis ascendat coelos. & descendat/ quis colligat ventum. pugillis suis/ aut quis liget aquas, pallio; quis stabiliat ullos fines terrae: quod est nomen hujus & quod nomen filii ipsius; si noveris?

משׂא *gestatio*, assumtio, receptio, λῆμμα, disciplinae acceptio. Gestare Dei disciplinam vel effata dicitur is, qui scita vel disciplinam Dei ceperit tenueritque.

DE
DUPLICI ACCENTUATIONE.

TRIBUS Scripturae locis duplices Accentus iis- 230
dem vocibus annexi reperiuntur. Primus locus est Gen. XXXV. 22. ubi accentus alii versum, alii argumentum narrationis dividunt. Accentus, qui versum dividunt his interpunctionib⁹ in versione distingues: Evenit autem, quũ habitaret Israel, in regione illa; ut abiens Ruben; concumberet cum Bilha, concubina uxore Patris sui; quod audivit; Israël: Erant autem filii Jahacobi; duodecim. Accentus, qui argumentum narrationis dividunt

vidunt his notis expresseris: Evenit autem, quum habitaret Israël, in regione illa; ut abiens Ruben; concumberet; cum Bilha; concubina uxore Patris sui: quod audivit; Israël. vs. 23. Erant autem filii Jacobi; duodecim. vs. 24. Filii Leæ; primogenitus Jacobi; Ruben &c.

Secundus locus est Exodi cap. XX. tertius Deut. c. V. Decalogus in utroq; describitur cum diversis unius ejusdem vocis accentibus, quorum alii respiciunt singulorum versuum distinctionem, alii præceptorum. Et accentus quidem eos, qui Exodi XX. originarii textus versiculos distinguunt, barbaris notis in hunc modum distinxeris:

2. Ego sum; DOMINUS DEUS tuus: qui eduxi te; è terra Ægypti; è domo servorum. 3. Ne esto tibi, *ullus* Deorum alienorum; ante faciem meam. 4. Ne facito tibi sculptile, aut ullam imaginem; eorum quæ sunt in cœlis; supra; aut quæ in terra infra: aut quæ in aquis; infra terram. 5. Ne incurvans te honorem exhibeto eis; neque colito ea: nam ego. Dominus Deus tuus, Zelotes sum; visitans_iniquitatem patrum - in filios, nepotes & in abnepotes; in eos qui odio prosequuntur me. 6. Exercens verò benignitatem; in millesimos: qui diligunt me; & qui observant mandata mea. 7. Ne assumito, nomen_Domini Dei tui; in vanum: nam_non relinquet impunem, Dominus; eum, qui assumserit nomensuum; in vanum. 8. Recordare, diei Sabbati; ut sanctifices illum. 9. Sex diebus, operaberis; & facies; omne opus tuum. 10. Dies verò septimus; Sabbatum est; Domino Deo tuo: ne_facito

esto ullum opus. tu aut filius tuus aut filia tua, servus tuus aut ancilla tua, aut jumentum tuum; aut peregrinus tuus; qui est intra portas tuas. 11. Nam sex diebus perfecit Dominus cœlum & terram, & mare, & quicquid est in eis; quievit verò; die septimo: idcircò, benedixit Dominus, diei Sabbati; & sanctificavit illum. 12. Honora patrem tuum; & matrem tuam: ut, prolongent dies tuos; super terram; quam Dominus Deus tuus; dat tibi. 13. Ne occidito; Ne scortator: Ne furator; Ne proferto contra proximum tuum; testimonium falsum. 14. Ne concupiscito; domum proximi tui: ne concupiscito uxorem proximi tui, aut servum ejus aut ancillam ejus, aut bovem ejus aut asinum ejus; aut ullam rem; quæ est proximi tui.

ACCENTUS verò Hebraicos, qui præcepta divi- 131
dunt, si versionem accuratiùs interpungere libeat, eâdem specie signorum reddideris:

PRÆCEPTUM PRIMUM.

Ego sum, Dominus Deus tuus; qui eduxi te è terra Ægypti, è domo servorũ; Ne esto tibi ullus Deorum alienorum ante faciem meam, Ne facito tibi sculptile aut ullam imaginem / eorum quæ sunt in cœlis supra / aut quæ in terra infra aut quæ in aquis infra terram, Ne incurvans te honorem exhibeto eis, neque colito ea; nam ego Dominus Deus tuus, Zelotes sum; visitans / iniquitatem patrum in filios, in nepotes & in abnepotes; in eos qui odio persequuntur me: exercens

verò benignitatem, in millesimos; qui diligunt me; & qui observant mandata mea.

Præceptum II. Ne assumito, nomen Domini Dei tui; in vanum: nam non relinquet impunem, Dominus; eum, qui assumserit nomen suum; in vanum.

Præc. III. Recordare diei Sabbati, ut sanctifices illum, sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum; Dies verò septimus. Sabbatum est Domino Jehova Deo tuo, ne facito ullum opus/ tu aut filius tuus aut filia tua/ servus tuus aut ancilla tua. aut jumentum tuum, aut peregrinus tuus, qui est intra portas tuas; nam sex diebus perfecit Dominus. cœlum & terram, & mare, & quicquid est in eis; quievit verò; die septimò: idcircò, benedixit Dominus, diei Sabbati; & sanctificavit illum.

IV. Honora patrem tuum; & matrem tuam: ut, prolongent dies tuos; super terram; quàm Dominus Deus tuus; dat tibi.

V. Ne; occidito.

VI. Ne; scortator.

VII. Ne; furator.

VIII. Ne proferto contra proximum tuum; testimonium falsum.

IX. Ne concupiscito; domum proximi tui.

X. Ne concupiscito: uxorem proximi tui, aut servum ejus aut ancillam ejus, aut bovem ejus aut asinum ejus; aut ullam rem; quæ est proximi tui.

CAP. V.

CAPUT V.

DE VERBO.

Summa.

Conjugationum numerus, nomina, character. Temporum literæ præformativæ. Terminationes præteritorum personales. Temporum & conjugationum significata. Verborum differentiæ. Deminuta ל & Ioth initiali. Deminuta Ioth mediâ radicali, Nun, vel Thau finali, mediâ geminata, Aleph initiali, Aleph & He finali. Regulæ deminuta verba formandi. Permutatio formarum, quæ fit in deminutis.

IN VERBO maximè spectanda Tempus, Genus, Persona, Conjugationum character & significatio, Verborum differentiæ, formarumque verbalium Permutatio. 1

DE CONJUGATIONUM NUMERO, NOMINIBUS, CHARACTERE. 2

Conjugationes sunt septem, Pahal seu KAL cum passivo Niphal, Hiphhil cum passivo Hophhal, Pihel cum passivo Pyhal, & passivo carens Hithpahel.

DE NOMINIBUS CONJUGATIONUM. 3

Qui primùm Grammaticam tradiderunt Hebræi, paradigma verborum præscripserunt verbum פָּעַל à quo orta sunt Conjugationum nomina Pahal, Niphhal, Hiphhil, Hophhal, Pihel & Hithpahel. Prima קַל Kal, i. e. levis aut lenis

 dicitur

dicitur à forma & significatu simpliciore. Ab ordine literarum verbi פָּעַל à Magistris artium prima radicalis Pe, secunda Hajin, tertia Lamed vocata. Quum autem ע radicalis media, vel mobili scheva vel dages afficienda, difficultatem tironibus objiceret, loco ipsius, aliud magis idoneum verbum פָּקַד substituerunt, quod per omnes conjugationes in Scripturis frequentatum nos quoque retinemus, nec est, quur propter collisionem dentalium vel variatum dages paradigma hoc indistinctum vel confusum tironi videatur, siquidem ea de re monitus, nihil offensionis deinceps habiturus est.

4 DE CHARACTERISTICIS LITERIS CONJUGATIONUM.

KAL, simplicis formæ verbum, nullum characterem habens literalem, punctis duntaxat à reliquis conjugationibus discernendum est, ut פָּקַד יִפְקֹד visitavit, visitabit.

5 Character conjugationis Niphal est נ ante primam radicalem, sive expressum, sive per dages vi aut magnam vocalem compensatum, ut נִפְקַד visitatus fuit. יִפָּקֵד visitabitur. יֵאָמֵר dicetur.

6 Character Hiphil 1. est He expressum vel exclusum ante primam radicalem, quæ non sit kametzata, הִפְקִיד visitare fecit, יַפְקִיד pro יְהַפְקִיד visitabit, יוֹשִׁיעַ pro יְהוֹשִׁיעַ salvabit. 2. est He non sustentatum à puncto labiali ex Kametschatuph nato, הוֹשִׁיב habitare fecit, pro הָשְׁיב. Si enim prima

prima radicalis habuerit Kametz, indicat Imperativum Niphal, הִפָּקֵד visitatus fias. Si ה fulciatur ab Cholem, ו, aut Kibbuts vocalibus in labio formatis, ea elementa sistent characterem ipsius Hophhal, ut הָעֲלָה quod natum ex הֶעֱלָה ascendere factus est. הוּכַן paratus est הוּרַם sublatus est. Dan. 8: 11. pro הֵרִים ut deinceps docebitur.

Character ipsius Hophal est ה cum Kametschatuph aut Kibbuts ante primam radicalem vel expressam vel compensatam, הָפְקַד præfectus est, הֻגַּשׁ admotus est, הוּעֲלְתָה educta est. 7

Conjugationis PIHEL character est chirek vel pathach ante mediam radicalem dagessatam, vel (··) aut (-) ante dages exclusum פִּקֵּד lustravit. יְפַקֵּד lustrabit. אֵחַר distulit. יְתָעֵב abominabitur. 8

Character ipsius PYHAL est Kibbuts, vel Dages fortis compensativum Cholem, ante mediam radicalem, ut פֻּקַּד lustratus fuit, טֹרַף discerptus fuit. 9

Character conjugationis Hithpahel est הִתְ syllaba, ut הִתְפַּקֵּד recensitũ se præbuit, cujus ה à temporum præformativis eliditur, ut יִתְפַּקֵּד recensitum se præbebit, pro יְהִתְפַּקֵּד. Sic מִתְנַחֵם pro מְהִתְנַחֵם consolantem se præbens. 10

Etiam Nun character cõjugationis Niphhal à præformativis temporũ eliditur, ut in הִפָּקֵד pro הִנְפָּקֵד visitari, אֶפָּקֵד pro אֶנְפָּקֵד visitabo, הִפָּקֵד pro הִנְפָּקֵד. Præformativa temporis excluso He charactere τῶ Hiphil & Hophal, in exclusi locum succedit, ut 11

 יַפְקִיר.

יְהִפָּקֵד יִפָּקֵד pro יְהִפָּקֵד visitare faciet. יִפְקַד pro יְהִפְקַד praefectus est. מְפַקֵּד pro מְהִפָּקֵד praefectus.

DE TEMPORUM LITERIS PRÆFORMATIVIS.

12 Tempora sunt Præteritum, præsens & futurum. Præformativæ literæ Futuri sunt א י ת נ, quarum significationem ex paradigmate discas.

13 Infinitivus & Imperativus conjugationis Niphal præformativam habent ה, ante Nun conjugationis characterem compensatum per dages, ut הִפָּקֵד *visitari*, vel per magnam vocalem, ut הֵאָסֵף aggrega te, vel, aggregari.

14 A quibusdam Infinitivis ה temporis character ablatus relinquit solum conjugationis characterem, ut נִלְחוֹם pugnando. נִשְׁאוֹל postulando. נִגֹּף percutiendo.

15 Participii præformativa in Pihel, Pyhal, Hiphhil, Hophhal & Hithpahel est מ.

DE VOCALIBUS PRÆFORMATIVARUM.

16 Hîc necesse est ex doctrina vocalium regulas quasdam præcerpere, quæ debita præformativis literis puncta significent.

1. Nativa & propria vocalis præformativarum scheva censetur, יִפְקֹד: מְפַקֵּד

17 2. Mutari autem hoc scheva solet 1. quoties subjicitur gutturatæ, ut אֶפְקֹד: 2. quoties aliud scheva sequitur, quo casu vel in [.] mutatur, ut

ut in יִפְקֹד vel in segol sub א maximè, ut in אֶפְקֹד
אֶפְקֹד rariùs sub aliis, ut תֶּמַחִי deleas. Jer. 18:23.
3. Quoties præformativa succedit ה conjuga- 18
tionis characteristico excluso, vocalem ejus accipit, ut in יַפְקִיד præficiet, pro יְהַפְקִיד, in מְפֻקָּד pro מְהֻפְקָד, in הַפֵּקֵד pro הֲהִתְפַּקֵד, in יִתְפַּקֵד pro יְהִתְפַּקֵד. In sequentibus præteriti characteristica retinetur: יְהוֹשִׁיעַ servabit. אֲהוֹדֶנּוּ celebrabo eum. יְהוֹדֶה celebrabit. יְהֵילִילוּ ejulabunt. מְהֻקְצָעוֹת angulata. Ezech. 46: 22. In proprio, יְהוֹסֵף Jehoseph, pro יוֹסֵף Psalm. 81:6.
4. Chirek vel segol præformativis affixum li- 19
teris, si proximè ante tonum, nec ante dages venerit, vertitur vel in [ָ] ut in אָקוּם יָקוּם נָקוּם הָקֵם. vel in [ֵ] ut in הֵקִים.
5. Kametzchatuph parva præformativis literis 20
proximè ante tonum subjicienda vertitur in magnum Schurek, הוּקַם יוּקַם: יוּסַב מוּסַב הוּסַב

TERMINATIONES PERSONALES

Præteritorum Singularium:

ה ָ Nota tertiæ personæ fœmininæ, ut פָּקְדָה 21
visitavit.
ת ַ Et hæc terminatio est tertiæ fœmininæ nota, 22
ut הֶלְאַת fatigavit. Ezech. 24:12. קָרָאת obvenit, עָשָׂת fecit. Lev. 25: 21. נִפְלָאת admirabile fuit. Psalm. 118: 23.
תָּ 2. masc. ut שָׁלַחְתָּ misisti, פָּקַדְתָּ visitasti, גָּלִיתָ 23
migrasti.

 תְ vel

24 ת vel תִי 2. fœmin. ut גָלִית migrasti. שָׁלַחַתְּ vel שָׁלַחְתִּי emisisti. Zach. 9: 11. זָכַרְתִּי recordata es. Ezech. 16: 22. Vid. Arc. Keri. p. 381.

25 תִי prima communis, ut פָּקַדְתִּי visitavi mas aut fœmina. גָלִיתִי migravi. מָצָאתִי inveni.

Præteritorum Pluralium.

26 וּ Tertia communis. ut פָּקְדוּ visitarunt.

27 ה, Tertiæ communis forma altera; שָׁפְּכָה effuderunt. Deut. 21: 7. שֻׁפְּכָה effusi sunt. Psalm. 73: 2.

28 תֶם 2. mascul. פְּקַדְתֶּם visitastis. גְלִיתֶם migrastis.

29 תֶן 2. fœmin. פְּקַדְתֶּן visitastis. גְלִיתֶן migrastis.

30 נוּ 1. comm. פָּקַדְנוּ visitavimus. מָצָאנוּ invenimus.

Terminatio personalis Futuri primi & secundi.

31 י. Secunda fœminini sing. ut פִּקְדִי visita. תִפְקְדִי visitabis.

32 וּ Secunda plural. masculini פִּקְדוּ visitate mares. תִפְקְדוּ visitabitis mares. Item 3. masc. pluralis, יִפְקְדוּ visitabunt mares.

33 ה, 3. plur. masc. יִקְרְחָה calvitium inducent. Levit. 21: 5. יִהְיָה erunt. Ezech. 37: 22. יִזְנָה scortabuntur. Ez. 23: 43.

34 נָה 2. fœm. plural. פְּקֹדְנָה visitate fœm. תִּפְקֹדְנָה visitabitis fœminæ.

35 נָה 3. fœm. pluralis תִּפְקֹדְנָה visitabunt.

DE

DE TEMPORUM SIGNIFICATIONIBUS.

I. PRÆTERITUM unicum eſt, quod omnia Latinorum præterita includit, ut פָּקַד viſitavit, viſitabat, viſitaverat, viſitaviſſet. 36

II. Præteritum in generalibus ſententiis, cum ſignificatur non quod fuit, ſed quod eſſe perpetuò debet, præſentis temporis vim habet, Pſalm. 1: 1. Beatus eſt, qui non *ambulavit*, i. e. ambulat, in conſilio improborum, & via peccatorum non *institit* (non inſiſtit) ac in conſeſſu deriſorum non *ſedit* (non ſedet.) 37

III. Præterita in prophetiis ſæpenumero uſurpantur pro futuris. ut עַם זוּ יָצַרְתִּי לִי populus ille, *quem* formavero mihi. Jeſa. 55: 10. Progenies tua, ſi quos הוֹלַדְתָּ genueris, tui ſunto. Gen. 48: 6. Vid. 1. Reg. 8: 48. Jeſai. 43: 20. Pſ. 102; 17, 18. 38

IV. Vav cum Scheva aut Schurek præterito præfixum ſæpè convertit illud in ſignificationem futuri, ut וְעָבַר י׳ & tranſibit Dominus Exod. 12: 23. וְאָמַרְתָּ & dices. Gen. 32: 18. וּשְׁמַרְתֶּם & obſervabitis. Exod. 12: 24. 39

Quomodo igitur, inquis, cognoſcetur quando Vav ſimpliciter copulativum, vel ſimul etiam converſivum eſt? Reſpondet Elias libro Habbachur: Si præceſſerit aliud præteritum, vel futurum loco præteriti poſitum, tum copulativum eſt: ſin minus, converſivum judicabitur, ut מִי פָּעַל וְעָשָׂה 40

quis fecit & operatus est. Jesa. 41: 4. Buxtorf. Thes. pag. 582.

41 IMPERATIVUS etiam pro futuro positus: ut Gen. 20: 7. quum oraverit pro te וֶחְיֵה tum vives. Gen. 42: 18. Hoc facite & vivite, i. e. viveris. Vide Prov. 3: 4. & 4: 4. Gen. 12: 2. Eccles. 11: 10. Jerem. 6: 16. Psalm. 37: 3, 4. 2. Reg. 5: 10, 13. רְחַץ וּטְהָר lava te & mundaberis.

42 FUTURUM SECUNDUM sive magnum pro omnibus Latinorum futuris accipitur, ut יִפְקֹד. Visitabit, visitavero, visitaturus sum, visitaverim, visitet, visitaret.

43 II. Futurum sæpius vim habet verbi præsentis constructi cum Latinorum auxiliaribus verbis posse, debere, velle, solere, ut וְלֹא יְקוּמוּן 2. Sam. 22: 39. i. e. ut in parallelo Psalm. 18: 39. exprimitur, וְלֹא יוּכְלוּ קוּם & non poterant stare. Jerem. 2: 13. אֲשֶׁר לֹא יָכִלוּ הַמָּיִם quæ aquas retinere non possunt. Levit. 4: 2. אֲשֶׁר לֹא תֵעָשֶׂינָה quæ fieri non debent. Malac. 2: 7. Labia Sacerdotis custodient, i. e. custodire debent scientiam. Jerem. 4: 1. אִם תָּשׁוּב Si reverti *vis* Israël, ad me revertere.

44 III. Futurum totius subjunctivi Latinorum & optativi significationem habet: יִפְקֹד visitet, visitaret, visitaverit, visitasset. יִשָּׁקֵנִי Utinam oscularetur me. Cant. 1: 2. יִשָּׁבַע לִי Utinam juraret mihi! 1. Reg. 1: 51. יְחִי הַמֶּלֶךְ Vivat Rex! יִהְיוּ utinam sint sicut puer ille, hostes Domini mei Regis! 2. Sam. 18: 32.

IV. Var

IV. Vav cum pathach præfixum Futuro futu- 45
rum vertit in significationem præteriti, ut וַיֹּאמֶר &
dixit. אָז particula eandem vim convertendi futurum habet: אָז יָשִׁיר Tunc cecinit. Exod. 15: 1.

V. Futurum etiam sensu Imperativi ponitur. 46
Jerem. 3: 19. Pater mi, תִּקְרְאִי לִי invocato me. Vid. Prov. 1: 23. Deut. 6. 13. & 10: 20.

INFINITIVO, quum sit nomini quàm simi- 47
limum verbum, eadem ferè, quæ nomini accidunt.

Nam 1. & formâ ipsius gaudet, ut גְּדוֹל magnum esse, & magnitudo. סְגוֹר claudere, & clausura. & 2. Generis notam præbet, ut יְבוֹשֶׁת siccari. יְכֹלֶת posse, גֶּשֶׁת accedere, בְּקָרְבָתָם accedentibus ipsis, כְּשָׁמְעָהוּ secundùm audire ipsum, מַלְאוֹת implere. 2. Par. 36: 21. 3. & præfixo augetur, ut לְזָרוֹת ad spargendum; & nominis more admittit suffixum, ut בָּרְחוֹ fugere ejus. Et 4. structurâ nominis gaudet, poniturque loco regentis, ut מְלֹךְ־מֶלֶךְ regnare regis, Gen. 36: 31. vel recti, ut עֵת מְצֹא tempus inveniendi. Psalm. 32:6. 5. Denique cum nomine collactaneo permutatur: ut לַהֲנָפָה ad agitationem, pro לַהֲנִיפָה ad agitandum gentes. לְיִרְאָה אוֹתִי Deut. 4: 10. לְאַהֲבָה אֶת־יְהוָה ad amandum Dominum. Deut. XI. 13. אַהֲבָתוֹ amare ipsum. Gen. 29: 20.

Infinitivus adscitis literis בכלם servilibus, ex- 48
primit latina gerundia, ut בִּפְקוֹד in visitando. לִפְקֹד ad visitandum, בִּכְתוֹב in scribendo, מִכְּתוֹב à scribendo. In-

49 Infinitivus reliquorum temporum vices gerit. Præteriti Imperfecti: ut וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב animalia currere & redire, i. e. currebant & redibant, Ezech. 1: 14. 2. Participii, ut וְהַמַּיִם הָיוּ הָלוֹךְ וְחָסוֹר & aquæ erant eundo & deficiendo, pro euntes ac deficientes. Gen. 8: 5. 3. Imperativi, ut, Recordari diei Sabbati. Exod. 20: 8. 4. Futuri. Vos autem הוֹצִיא educere, pro אוֹצִיא educam. Ezech. XI. 7. Buxtorf. Thes. p. 501.

50 INFINITIVUS quum antecedit finitum verbum, certitudo & evidentia exprimitur. ut Gen. 2: 17. מוֹת תָּמוּת moriendo morieris, i. e. certò. Gen. 37: 33. טָרֹף טֹרַף discerpendo discerptus est, i. e. omninò discerptus est. Vid. Gen. 2: 16. & 3: 3. & 28: 21. & 50: 25. Exod. 11: 1. & 19: 12. & 21: 19. &c. Ubi autem notatur ἐπίτασις exponendum est valdè, plurimùm. ut Gen. 3: 16. הַרְבָּה אַרְבֶּה valdè multiplicabo. Exod. 2: 19. דָּלֹה דָלָה multùm seu diligenter hausit. Gen. 31: 30. desiderando desiderasti, i. e. plurimùm desiderasti. Thren. 1: 2. flendo flevit. i. e. plurimum flevit.

51 At quum sequitur Infinitivus, notat continuationem, exponendus per adverbium indesinenter, frequenter, ut Gen. 8: 7. וַיֵּצֵא יָצוֹא & exivit exeundo, i. e. frequenter. בָּרַכְתָּ בָרֵךְ indesinenter benedixisti. Zach. 8: 21. נֵלְכָה הָלוֹךְ eamus indesinenter. Vid. Gen. 8: 3. & 12: 9. Num. 16: 13. Josu. 24: 10. Jud. 4: 24. Jesa. 6: 9. Jerem. 22. 10. &c. Raro notat certitudinem: ut, Gen. 46: 4. אַעַלְךָ גַם עָלֹה certissimè ascendere faciã te: aut liber-

bertatem, ut יֵלֵךְ הָלוֹךְ abiit liberè. 2. Sam. 3: 24. וּבָא בוֹא & veniet liberè. יָבוֹא בוֹא veniet veniendo, i. e. liberè, nemine impediente. Dan. XI. 13. Nold. Annot. ad Concord. p. 791. & 940.

52 INFINITIVUS KAL sumitur etiam passivè, ut בַּעְנָשׁ־לֵץ quum mulctatur derisor, resipiscit fatuus. Prov. 21: 11. ובמלאת & quum implerentur. Lev. 12: 6. Esth. 1: 5. אָז הוּחַל לִקְרֹא tunc ceptũ est invocari. Gen. 4: 26. Desideravit *anima* Davidis לָצֵאת ut exiretur ad Absolomum. 1. Sam. 13: 39. לְמַעַן סְפוֹת ut addatur ebria sitienti. Deut. 29: 19. לְטָמְאָה ad impurari. Levit. 22: 8. מִנְּשׂוֹא præferri *vel*, quàm ut auferri nequeat. Gen. 4: 13.

53 Infinitivus ponitur loco verbi finiti וְנָתוֹן אֶת־אֱלֹהֵיהֶם בָּאֵשׁ Jesa. 37: 19. In loco parallelo dicitur, וְנָתְנוּ & converterunt Deos eorum in ignem. 2. Reg. 19: 18.

54 PARTICIPIA formæ פּוֹקֵד & פָּקֵד non rarò exprimunt Imperfecta Latinorum. ut דְּבֵקָה adhærebat alæ Cerubi alterius. 2. Par. 3: 12. Alæ Ceruborum פֹּרְשִׂים expandebant se. 2. Paral. 3: 13. Omnes יְשֵׁנִים dormiebant. 2. Sam. 26: 12.

55 PARTICIPIA interdum significant paulò post futura. ut Jesa. 38: 1. Da præcepta familiæ tuæ כִּי מֵת אַתָּה nam *brevi-moriturus es*. Jon. 1: 3. invenit navem בָּאָה mox-ituram in Tharsisi regionem, i. e. in Hispaniam. 1. Reg. 2: 2. אָנֹכִי הֹלֵךְ ego *decessurus sum brevi*, pro consuetudine totius terræ.

terræ. Deut. 26: 5. אֲרַמִּי אוֹבֵד אָבִי Syrus jam periturus erat Pater meus.

56 PAHUL seu forma Pakud habet sensum passivum, ut פָּקוּד visitatus, etiam in verbis Intransitivis, Psalm. 103: 14. זָכוּר memor factus pulverem esse nos. Jesai. 26: 3. יֵצֶר סָמוּךְ cogitationi, quæ innitens facta, custodis continuam pacem. Judic. 8: 11. דֶּרֶךְ הַשְּׁכוּנֵי בָאֳהָלִים versus viam eorum, qui habitantes tentoria facti. עָצוּם roboratus. יָקוּשׁ laqueatus, vel laqueis instructus, Auceps.

DE SIGNIFICATU CONJUGATIONUM.

57 Ab eodem themate in diversa conjugationum discrimina deflexum verbum significationes acquirit diversas, quas à quibusdam, subtiliùs quàm par est, expositas dicam ego indoctiùs, ut ajunt, & apertius.

REGULA I.

58 Verbum Conjugationis Kal explicari potest per verbum substantivum, addito participio vel adjectivo, quod participii vim possideat, ut פָּקַד recensentem, vel, præfectum esse. שָׁמַע audientem esse. מוּת mortuum vel morientem esse. קָדַשׁ sanctum esse.

REGULA II.

59 Quæ verba in Kal à nomine originem ducunt, ea vel transitivam vel intransitivam significationem habent

habent transitivam: ut גָּרַם ossa comminuit, à גֶּרֶם osse. שָׁבַר comparavit annonam, à שֶׁבֶר annona. עָרַף cervice truncavit, ab עֹרֶף cervix. vel Intransitivam, ut שָׁלַם pace fui, ab שָׁלוֹם pax. שָׁלַוְתִּי tranquillus fui, ab שָׁלֵו tranquillus. תֶּחֱרַף hyemabit ab חֹרֶף hyems. Promiscuè transitivam & intransitivã, וַיֶּחֱלַשׁ ac debilis erit. Job. 14: 10. וַיַּחֲלֹשׁ & debilitavit. Exod. 17: 13. *Transitiva* sunt verba, quæ denotant actum agentis, qui transit ad alium, ut פָּקַד visitavit, præfecit, פָּתַח aperuit, שָׁלַח misit, שָׁלַל spoliavit, נָתַץ diruit, נָתַק avulsit, עָשָׂה fecit. *Intransitiva*, quæ denotant actum nec ab alio transeuntem, nec ad alium, ut אָבַד periit, אָדַם rubrum esse, יָפָה pulcrum esse, בָּרַח fugit, חָכַם sapiens fuit. הָלַךְ ivit. נָגַשׁ accessit, שָׁבַת cessavit, אָנַח suspiravit, יָרַד descendit, עָלָה ascendit, יָדַע scivit, זָכַר meminit, טוֹב bonum esse, מוּת mori, אוֹר lucere. נָפַל cecidit. Vocantur etiam Neutralia.

REGULA III.

Si Cõjugationis Kal significatio fuerit transitiva vel 60
participio præterito insinuetur, paradigma Niphal explicandum est passivè, vel per verbum *Fieri* cum participio præteriti temporis, ut נִשְׁמַר custoditum fieri, à præterito Kal שָׁמַר custodivit, נִבְרַךְ benedici vel benedictum fieri, נִקַּם vindicari vel vindicatum fieri, à נָקַם vindicavit, נִמְכַּר vendi vel venditum fieri, à מָכַר vendidit. הִבָּרֵא creatum fieri, הִפָּקֵד visitatum fieri, נִדְרַשׁ quæsitum fieri.

fieri, הֵעָזֵר adjutum fieri, נֶעְתַּר exoratum fieri, נִשְׁמַע auditum fieri, נִצְמַת excisum fieri.

REGULA IV.

61 Si Cõjugationis Kal significatio fuerit intransitiva, Niphal explicatur per verbum *fieri*, addito participio præsentis temporis, ut נֶהֱלַךְ abeuntem fieri, ab הָלַךְ abiit, verbo intransitivo, נִקְרַב propinquantem fieri, נִגַּשׁ accedentem fieri, נַעֲלָה ascendentem fieri, נוֹתַר restantem fieri, נִשְׁבַּת cessantem fieri, נַעֲנָה debilem fieri, נִלְחַם præliantem fieri, נִדְבַּר loquentem fieri, נִפְתַּל colluctantem fieri, נִשְׁמַע audientem fieri, נֶאֱנַח suspirantem fieri, נִשְׁבַּע jurantem fieri, נָבוֹן intelligentem fieri.

REGULA V.

62 Hiphhil explicatur per verbum *Facere*, addito præteriti temporis participio, vel, si Kal fuerit intransitivum, participio præsente. v.gr. הִפְקִיד præfectum fecit, הִשְׁמִיעַ auditum fecit, ut Jesa. 45: 21. &, eum, qui audiret, fecit. Deut. 4: 36. הִקְדִּישׁ sanctum vel separatum fecit. הִשְׁכִּיב cubantem fecit, à verbo intransitivo שָׁכַב cubavit. Sic הֶעֱמִיד stantem fecit. הִשְׂמִיחַ lætantem fecit.

REGULA VI.

63 Pro varietate originis idem verbum Hiphilicum & transitivam & intransitivam significationem admittit. Communiter ex verbo Kal derivatur transitivum, ex nomine intransitivum. ut

ut יְחִיל dolore afficiet, à verbo חוּל dolere, Psalm. 29: 8. יָחִיל dolet, à nomine חִיל dolor. Psal. 55: 5. הוֹבִישׁ exsiccavit, à verbo יָבֵשׁ exsiccatus fuit; & aruit, à nomine יָבֵשׁ Zach. 10: 11. נַמְתִּיק dulce reddemus, à verbo מָתַק Psalm. 55: 15. תַּמְתִּיק dulce erit, Job. 20: 12. à מָתֹק dulcedine. הֵעִיר excitavit, ab עוּר evigilare, & הֵעִיר evigilavit, à nomine עֵר vigil. הִפְרַח florere fecit. Ezech. 17: 24. יַפְרִיחַ florebit ex פֶּרַח flos. Prov. 14: 11. אַצְמִיחַ efficiam, ut germinet, à צָמַח germinavit, תַּצְמִיחַ efflorescat, ex nomine צֶמַח germen. Jesa. 45: 8. הִקְרִיב appropinquare fecit, ex verbo קָרַב; & appropinquavit, ex nomine קָרוֹב propinquus. הִקְשָׁה durum fecit, ex verbo קָשָׁה 1. Reg. 12: 4. & durus fuit, ex nomine קָשֶׁה Exod. 13: 15. הִרְגִּיעַ quietum reddidit, Jerem. 50: 34. & quietus fuit Jesai. 34: 14. à רָגַע quietus: item, quietus fuit momento, à רֶגַע momentum. Jerem. 49: 19. Proverb. 12: 19. הִרְחִיב dilatavit, & intransitivè, latus fuit, ex nomine רָחָב latus vel amplus. Psalm. 25: 17. הִרְחִיק procul abigere, & procul abesse vel abscedere, à רָחוֹק longinquus. הִרְשִׁיעַ improbum fecit vel judicavit, &, improbum esse vel agere, ex רָשָׁע improbus. הִשְׂכִּיל intellexit, à שָׂכַל, & intelligentiâ imbuit, ab שֵׂכֶל intellectus. הֵאִיר lucere fecit, ab אוֹר luce. Psalm. 80: 20. & lucere, relucere ab אוֹר lucere. Ezech. 43: 2. הֶאֱרִיךְ prolongavit & prolongatum esse, ab אָרֵךְ Deut. 5: 16. הִגְדִּיל

הִגְדִּיל magnum fecit, à גָּדַל, & magnus fuit, Job 19: 5. Jerem. 48: 26. à גָּדוֹל magnus. יָגִיחַ prodire faciet, מֵגִיחַ prodibat. Judic. 20: 22. à nomine גּוֹחַ vel גִּיחַ quod etiam loci vocabulum. 2. Sam. 2: 24. הִשְׁכִּים humerum levavit, ab שְׁכֶם humerus. הֵהֵל ſplendére facere, Jeſa. 13: 10. & ſplendere, lucere ab הֵיל ſplendor. Ijob. 41: 10. הִגִּיעַ pertingere fecit, & intranſitivè pertigit, obtigit, à נֶגַע nomine, quod plagam ſonat. הִשְׁתִּין minxit ab שַׁיִן urina, unde plural. שֵׁינֵיהֶם urina eorum. 2. Reg. 18: 27. הִפְגִּיעַ incurrere fecit. Jeſa. 53: 6. & neutraliter, interceſſit, Jerem. 15: 11. ex פֶּגַע occurſus, interceſſio. יַצְלִיחַ proſperitatem largietur, Nech. 2: 20. & proſperitate fruetur, Pſalm. 1: 3. ex inuſitato צֶלַח proſperitas. הִשְׁפִּיל demiſit, & intranſitivè, demiſſum eſſe, à שָׁפָל humilis. הִשְׁקִיט quieſcere fecit & quietus fuit. הִלְבִּין dealbare & albeſcere, ex nomine לָבָן albus vel albor. Ex nomine derivata oppidò pauca tranſitivam ſignificationem habent וְדִיגוּם & piſcabuntur eos. Jerem. 16: 6. יַצְהִירוּ oleum exprimebant, Job. 24: 11. ex יִצְהָר oleum. הֶחֱרִים internecioni devovit ab חֵרֶם res devota. וַיַּנְעִילֻם & calcearunt eos, ab נַעַל calceus.

REGULA VII.

64 Reſpondet activo Hiphil ſignificatibus ſuis paſſivum Hophal: הָפְקַד præfectum fieri, הָפְרַשׁ ſeparatum ſive ſanctum fieri.

REGULA VIII.

PIHEL exponitur per verbum præbere, often- 65
dere, exhibere, & participium præteritum; vel, si ab intransitivis oriatur per participium temporis præsentis; ut פִּקֵּר recensitum præbere, חִכֵּם sapientem præbere, קִדֵּשׁ sanctum vel separatum præbere.

REGULA IX.

Quædam Pihelica à nominibus derivata vim 66
auferendi possident, ut לִבַּבְתִּנִי cor abstulisti mihi, Cant. 4: 9. à לֵב corde. דִּשֵּׁן abstulit cineres, à דֶּשֶׁן cinis, סֵעֵף ramos abstulit, ab סָעִיף ramus. חִטֵּא peccatum abstulit, ab חֵטְא peccatum. שֵׁרֵשׁ & radicem præbere, & auferre, vel eradicare significat. Jesa. 40: 24. Psalm. 52: 7.

REGULA X.

PYHAL passivum respondet activo. Significat 67
igitur פֻּקַּר recensitum præberi, חֻכַּם sapientem præberi, שֻׁמַּע exauditum præberi. קֻדַּשׁ sanctum seu separatum præberi.

REGULA XI.

Hithpahel explicandum est per verbum præ- 68
bendi, participiũ præteritum & pronomen *SE* reciprocum. Ab intransitivo si descenderit, exponitur per participium præsens, ut הִתְפַּקֵּר recensitum se exhibere, הִשְׁתַּמֵּעַ exauditum se præbere, הִתְקַדֵּשׁ sanctum sese præbere. הִתְהַלֵּךְ ambulantem se præbere.

69 Quæ hactenus de conjugationum ſignificatione præcepimus, ea verborum omnium in Scripturis occurrentium inductione confirmari poſſent, niſi brevitatis ratio in hoc tractatu haberetur. Interea, ut facilior ſit fides dictis, exempla ſequentia adjungere viſum eſt:

KAL. אָסַף recipientem eſſe. נֶאֱסַף receptum eſſe. הֶאֱסִיף receptum facere. אִסֵּף receptum præbere. אֻסַּף receptum præberi. הִתְאַסֵּף receptum ſe præbere.

בָּלַע abſorbentem eſſe. נִבְלַע abſorptum fieri. בִּלַּע abſorptum præbere. בֻּלַּע abſorptum præberi. הִתְבַּלַּע abſorptum præbere ſe.

גָּלָה revelantem eſſe. נִגְלָה revelatum fieri. הִגְלָה revelatum ſeu retectum facere. הָגְלָה revelatum effici. גִּלָּה revelatum præbuit. גֻּלָּה revelatum præberi. הִתְגַּלָּה revelatum ſeu retectum præbuit ſe.

יָדַע ſcientem eſſe. נוֹדַע ſcitum fieri. יִדַּע notum præbuit. יֻדַּע notum præberi. הוֹדִיעַ notum fecit. הִתְוַדַּע notum ſeſe præbuit.

יָלַד gignentem eſſe. נוֹלַד genitum fieri. הוֹלִיד genitum fecit. הֻלַּד genitus factus eſt. יִלֵּד genitum præbuit, i. e. obſtetricavit. יֻלַּד genitum præberi. הִתְיַלֵּד genitum ſeſe præbuit, vel oſtendit.

חָלָה ægrotantem eſſe. נֶחְלָה ægrotantem fieri. הֶחֱלָה vel הֶחֱלִי ægrotum vel infirmatum fecit, הָחֳלָה

הֻחֲלָה infirmatus factus est. חִלָּה infirmatum præbuit. חֻלָּה infirmatum præberi. הִתְחַלָּה infirmatum se præbuit.

כָּבֵד honoratum esse. נִכְבַּד honoratũ fieri. הִכְבִּיד honoratum facere. כִּבֵּד honoratum præbere. כֻּבַּד honoratum præberi. הִתְכַּבֵּד honoratum se præbere.

כּוּן inusitat. Niph. נָכוֹן paratum vel aptatum fieri. הֵכִין paratum præbuit. הוּכַן paratum effici. כּוֹנֵן paratum præbuit. כּוֹנַן paratum præberi. הִתְכּוֹנֵן paratum sese præbuit.

סָתַר absconditum esse. Hic quidem verbi sensus fuerit, sed in Kal nusquam occurrit. Quod enim Prov. 22: 3. occurrit וַיִּסָּתֵר id punctis scribitur alienis præteriti וְנִסְתַּר Propria ejus puncta sunt וְיִסָּתֵר ideoque vertendum: Astutus prævidet malum & absconditur, vel abscondetur. הִסְתִּיר absconditum fecit. סִתֵּר absconditum præbuit. סֻתַּר absconditum præberi. הִסְתַּתֵּר absconditum se præbuit.

עָרָה nudare, non, ut in Lexicis docetur, *nudari*. Semel in Kal occurrit Infinitivus, Jesa. 32: 11, ubi non magis nudari significet, quàm פָּשֹׁט exui, & חֲגוֹר cingi, quæ verba transitivam in Kal habere significationem indubitatum est. Niph. נֶעְרָה nudari. הֶעֱרָה nudatum facere. עֵרָה nudatum præbere. הִתְעָרָה nudatum se præbuit.

פּוּץ dispersum esse. נָפוֹץ dispersum fieri. הֵפִיץ dispersum fecit. פִּצֵּץ vel פּוֹצֵץ dispersum præbere. הִתְפּוֹצֵץ dispersum se præbuit.

פָּרַד separantem esse. נִפְרַד separatum fieri. הִפְרִיד separatum fecit. הִתְפָּרֵד separatum se præbuit.

רָדַף impellentem esse. נִרְדַּף impulsum fieri. הִרְדִּיף impulsum facere. הָרְדַּף impulsum effici. רִדֵּף impulsum præbere. רֻדַּף impulsum præberi. הִתְרַדֵּף impulsum se præbere.

רוּם elatum esse. הֵרִים elatum facere. הוּרַם elatum effici. רוֹמֵם elatum præbere. רוֹמַם elatum præberi. הִתְרוֹמֵם elatum se præbere.

רָצָה gratum & beneplacitum habere. נִרְצָה gratum fieri. הִרְצָה gratum faciet. רִצָּה gratum præbere. הִתְרַצָּה gratum se exhibere.

רָפָה remissum esse. נִרְפָּה remissum fieri. הִרְפָּה remissum vel demissum facere. רִפָּה remissum præbere. הִתְרַפָּה remissum se præbere.

שָׁכַב cubare. תִּשָּׁכַבְנָה cubantes fient. הִשְׁכִּיב cubantem fecit. הָשְׁכַּב cubantem effici. שֻׁכַּב cubantem præberi.

שָׁמֵם desolatum vel desolantem esse. נָשַׁם desolatum fieri. הֵשִׁם desolatum fecit. הוּשַׁם desolatus factus est. שׁוֹמֵם desolatum præbuit. הִשְׁתּוֹמֵם desolatum se præbuit.

70 Numero dictorum & hæc in Hiphil, Pihel & Hitpahel usitata verba adjiciam:

In

In Hiphil ex Kal transitivo nata sunt: הִבְדִּיל facere distinctum. הִדְרִיךְ facere seu reddere calcatum, à דָּרַךְ calcavit. הֶחֱבִיר sociatum faciam. הֶחֱזִיק prehensum, vel prehendentem fecit. הוֹלִיד partum fecit. הִכְרִית excisum fecit. הוֹשִׁיעַ servatum fecit. הִמְלִיט ereptum fecit. הִצִּיל ereptum seu liberatum fecit. הִטָּה inclinatum fecit. הֵסֵב circumductum fecit. הֶעֱשִׁיר ditatum facere. הֶעֱזִיר adjutum fecit. הֶעְקִישׁ perversum fecit. הִרְגִּיעַ quietum reddere. הִרְגִּיז commotum reddere. הֵרִיק promptum facere. הִקְצוֹת facere præcisum. הִשְׁאִיר fecit relictum, sive reliquũ הִשְׁמִיד fecit perditum. אֶגְאַלְתִּי contaminatum feci.

Ex eodem Hiphil à Kal intransitivo nata: 71
הֶאֱרִיב dolentem fecit. הֶאֱמִירְךָ dicentem te fecit. הִבְטִיחַ confidentem fecit. הִדְבִּיק hærentem fecit. הִדְרִיךְ incedentem fecit, à דָּרַךְ incessit. הֶהֱלִיךְ progredientem fecit. הִזְכִּיר meminentem fecit. à זָכַר memorem esse. הוֹשִׁיב sedentem fecit. הִנְחִית descendere fecit. הִצְמִיחַ germinantem fecit. הִצְעִיר gradientem fecit. הִקְרִיב accedentem facere. הִשְׂכִּיל intelligentem facere. הִשְׁגָּה errantem fecit. הִתְעָה errantem fecit. הֶאֱכִיל comedentem fecit.

In PIHEL ex Kal nata exponi solent vel per 72
Participium transitivum: אִבֵּד perditum præbuit. אִשֵּׁר beatum exhibuit. אִכֵּל consumtum exhibuit.

בָּרֵךְ benedictum exhibuit. חִבֵּר sociatum præbuit. טִמֵּא pollutum præbuit. טִהֵר purgatum præbuit. פִּתַּח sculptum exhibuit. רִחֵף agitatum præbuit. שִׁבֵּר fractum exhibuit. שִׁלַּח projectum præbuit. שִׁמֵּר observatum præbuit.

73 Vel in PIHEL ex Kal nata explicantur per Participia intransitiva seu immanentia: אִרֵב insidiantem præbuit. בִּהֵל festinantem præbuit. בּוֹנֵן intelligentem exhibuit. הִלֵּךְ ambulantem præbere. חִיָּה viventem exhibere. חוֹנֵן gratificantem præbuit. חִכֵּם sapientem præbuit. נִחֵל possidentem præbuit. נִבֵּט præbuit apparentem, à verbo נְבַט quod Chaldæi efferunt נִבַּט prodire in conspectū. פִּלֵּל judicantem præbuit. צִעֵק vocantem præbuit. רִחֵם miserantem exhibuit, שִׂמַּח lætantem exhibuit.

74 IN HITHPAHEL ex Pihel nata, addito reciproco pronomine, imitantur ipsius Pihel significationem. Itaque Participium, quo Hithpahel explicatur, vel præteritum est à transitivo deflexum, vel præsens ab intransitivo. Præteritum, ut הִתְבָּרֵךְ benedictum se præbuit. הִתְגּוֹעֵשׁ commotum se præbuit. הִתְחַזֵּק confirmatum se præbuit. אֶתְחַבַּר consociatum se præbuit. הִטַּהֵר purgatum se præbuit. הִתְיַלֵּד natum se præbuit. הִתְיַמֵּר elatū se præbuit. Jesa. 61:6. formatū ex הִתְיָרֵם uti hoc ab יָרַם à quo propria: Jeremoth. 1. Paral. 24: 30. & 23: 22. Jeremaj, Ezr. 10: 30. Jarmuth. Josu. 19: 20. 1. Par.

1.Par.6:58. וְנִכַּפֵּר compositū ex וְנִתְכַּפֵּר & וְנִכְפַּר & expiatus fiet, & expiatum se præbebit. Deut.21:8. הִתְנַחֵל in possessionem missum se. præbere. הִתְנַחֵם solatio refectum se præbere. הִתְנַשֵּׂא elatum se præbere. מְנָאֵץ pro מִתְנָאֵץ qui irritatum exhibuit se idemque irritatus exhibitus fuit. Jesa. 52:5. הִסְתַּבֵּל onustum præbuit se. הִתְעַנֵּג oblectatum se præbuit. הִתְעַשֵּׁר ditatum se exhibuit. הִתְרָאָה conspectum se præbuit. הִתְרַצָּה placatum se exhibuit. הִתְרֹשֵׁשׁ pauperie pressum se exhibuit. הִשְׁתַּבַּח laudatum se præbuit. הִשְׁתַּחֲוָה incurvatum se præbuit. הִתְנַכֵּר alienum se præbuit. Item, cognitum se præbuit.

Præsens ab intransitivo deflexum: ut הִתְאַבֵּל 75 lugentem se præbuit. מְדַבֵּר loquentem se præbens. הִתְהַלֵּךְ ambulantem se præbuit. הִתְחַנֵּן gratificantem se exhibuit. הִתְחַלָּה ægrotantem se præbuit. הִתְחַסֵּד benevolentem exhibuit se. הִתְחַכֵּם sapientem sese præbuit. מִתְלַהְלֵהַּ insanientem se exhibens. הִתְפַּלֵּל precantem sese præbuit. יִתְנֶחָם pœnitentem se præbebit. הִצְטַדֵּק justum se præbuit. הִתְשׁוֹטַטְנָה currentes præbete vos. תִּתַּמָּם integerrimè agentem exhibes te. מִתְעַתְעִים qui errantes præbent se. הִתְמַהְמַהּ cunctantem se præbuit.

DE VERBORUM DIFFERENTIIS.

76 Verba communiter in perfecta & imperfecta distinguunt, minus, ut opinor, accuratè; quum & illa, quæ imperfecta dicuntur, suam sequantur analogiam, ita, ut si aliter scriberentur, tum demum censeri imperfecta possent. Igitur discrimine à natura literarum petito, duûm generum verba constituo. Unum, quod stabilibus, alterum quod instabilibus literis constat. Stabiles dico eas, quæ scriptæ in flexu vel conjugatione verbi pronunciantur, ut פָּקַד: פָּקְדָה: פָּקַדְתָּ. Instabiles, quæ vel scriptæ silent, vel abjiciuntur non scribendæ, vel in alias mutantur, ut סַב: סַבָּה circumdedit: גָּלָה: גָּלְתָה: גָּלִיתָ: migravit, migrasti.

77 Instabiles autem fieri possunt literæ 1. si venerint ante similem, ut סַב סַבָּה pro סָבַב סָבְבָה circumdedit. נָתַנּוּ dedimus, pro נָתַנְנוּ. sic כָּרַתִּי exscidi, pro כָּרַתְתִּי 2. Si Joth mobilem præcesserit magna vocalis vel scheva, ut קוּם ex קְיוֹם surgere, קָם surrexit, ex קָאַם formæ שָׁפַט judicavit. 3. Si movenda litera fuerit per scheva sive expressum sive intellectum, ut Nun in גַּשׁ accede, pro נְגַשׁ, ut יִתֵּן dabit pro יִנְתֵּן. ut Joth in הִצִּיב statuit, vel initiale א in יֹאכַל comedet, vel finale in מָצָא invenit pro מָצָא, ut ה finale in גָּלָה migravit.

78 Hinc integrorum, hinc deminutorum verborum

rum nata discrimina, Cujusmodi sunt I. Demi- 79
nuta Nun initiali, in quibus נ scheva muto affi-
ciendum intercidit, ut יַגִּיד nunciabit, vel נ cum
scheva mobili scriptum aufertur, ut גַּשׁ accede pro
נְגַשׁ. II. Deminuta ל initiali, ut in verbo נִתְּעוּ 80
commoluntur, & in iis, quæ derivantur à לָקַח
ut יִקַּח accipies pro יִלְקַח & תִּקַּח accipiet pro
תִּלְקַח, vel demitur ל cum scheva mobili scriben-
dum, ut קַח accipe, קַחַת accipere.

III. Deminuta Joth, in quibus aboletur 81
Joth initiale per dages compensandum, ut in
הִצִּיב, הִנִּיחַ, הִקִּיב pro integris: הִיקִיב: הִינִיחַ
הִיצִיב &c. Ejusmodi verba dicuntur defecta pri-
mâ radicali Joth.

IV. Deminuta Joth media radicali, in quibus 82
Joth eximitur, ut in קָם quod natum ex קָיַם
formæ שָׁפַט judicavit. Quæ verba perperam di-
cuntur Quiescentia mediâ radicali Vav. Illud e-
nim Vav, quod ante radicalem tertiam quiescit, in
יָקוּם surget, קוּם surge, קוּם surgere, temporis
est terminatio, ut in תִּשְׁמוֹר custodiet, in אָנוּשָׁה
pro אֶאֱנוּשָׁה ægritudine afficiar. יִשְׁפּוֹטוּ judica-
bunt. תַּעֲבוֹרִי transibis, Ruth 2: 8.

V. Deminuta Nun vel Thau, in quibus elidi- 83
tur נ aut ת tertia radicalis schevanda ante servi-
les נ aut ת, ut נָתַתָּ dedisti, pro נָתַנְתָּ, ut נָתַנּוּ dati
sunt pro נָתַנְנוּ, ut כָּרַתִּי pepigi pro כָּרַתְתִּי. Di-
cuntur hæc verba defectiva Nun vel Thau tertiâ
radicali.

VI. Di-

84 VI. Deminuta ſimili, in quibus media radicalis excidit ante ſimilem, ut סַב pro סָבַב circumdedit. Quæ verba geminata vel defecta ſecunda radicali adpellantur.

85 VII. Deminuta א initiali, in quibus ſilet א initiale, ut in יֹאמַר dicet, יֹאכַל comedet. Ob id vocantur ea verba quieſcentia prima radicali Aleph.

86 VIII. Deminuta א terminali, in quibus ſilet א, ut in מָצָא invenit. quæ dicuntur quieſcentia ultimâ radicali א.

87 IX. Denique Deminuta He, in quibus obmuteſcit & occultatur ה tertia radicalis, unde vocatur hoc verbum quieſcens ultimâ radicali He.

REGULÆ
DE FORMATIONE VERBORUM
ſecundæ radicalis geminatæ.

88 De his notanda Regula, quæ totam verbi figurandi rationem exponit: Eliditur media radicalis ante ſimilem, puncto eliſæ literæ translato ad literam præcedentem diſſimilem, ut סַב pro סָבַב circumdedit. יָסוֹב pro יִסְבּוֹב circumibit. הֵסֵב (non הֵסִיב, ut differat à formis הֵקִים) pro הִסְבֵּב.

89 Si elisa litera, ex integri verbi typo poſſideat ſcheva, eo caſu prima radicalis acquirit tono affectum Pathach, Cholem, aut Tzere. v. gr. pro סָבְבָה effertur סַבָּה circumdedit fæmina; pro סָבְבוּ dicitur סַבּוּ circumdederunt, pro נִסְבְּבָה dicitur נָסַבָּה circumdata fuit, pro סִבְבוּ venit סֹבּוּ circumdate. pro יְסַבְבוּ auditur יָסֵבּוּ circumducent, pro הִסְבְּבָה enunciatur הֵסֵבָּה circumvertit, verbũ fœmininum.

RE-

REGULÆ
De formatione verborum Deminutorum mediâ radicali Joth.

REGULA PRIMA: Joth media radicalis litera, quoties cum alia vocali quàm cum scheva scribitur extrita, punctum suum adjicit radicali primæ: Itaque pro קִיּוּם dicitur קוּם surgere; pro יִקְיוּם Joth eliso memoratur יָקוּם surget; Ex תִּקְיוּם formæ תִּשְׁמוֹר custodiet, Prov. 14: 3. figuratum est תָּקוּם surget. Ex יִקְיוּמוּ ad instar יִשְׁפּוֹטוּ judicabunt, Exod. 18: 26. factum יָקוּמוּ surgent. pro קָיַם formæ שָׁפַט judicavit, auditur קָם surrexit. pro קָיַמְתָּ enunciari solet קַמְתָּ surrexisti. Similiter בָּז sprevit, natum est ex בָּיַז formæ פָּקַד visitavit. טַח obduxit ex טָיַח ejusdem formæ, Jesa. 4: 18: אוֹר luxit, Gen. 44: 3. stat pro אָיוֹר formæ יָכוֹל potuit. בּוֹשׁ erubescere pro בְּיוֹשׁ ex forma פְּקוֹד visitare. מֵת mortuus est pro מָיֵת formæ יָרֵא timuit. In Niphal הִקּוֹם usurpatum loco הִקָּיוֹם formæ הִנָּתוֹן tradendo. Jerem. 32: 4. הֵאוֹר illucescere loco הֵאָיוֹר Job. 33: 30. יִקּוֹם pro יִקָּיוֹם & יֵאוֹר illucescet pro יֵאָיוֹר 2. Sam. 2: 3. habent ista infinitivi terminationem, qui reliquorum temporum est radix. 90

II. Porrò נָקוֹם scribitur loco נִקְיוֹם ex forma נֶחְתּוֹם obsignatus fuit. Esth. 8: 8. נֵעוֹר loco נִעְיוֹר excitatus fuit, præformativa Nun adsciscente 91

Chirek

Chirek ex forma נִפְקַד. In Hiphil הֵקִים natum ex integro הִקְיִים suſcitavit. יָקִים suſcitabit, natum ex יַקְיִים, & הֲקִמֹתָ ex הֲקִימֹתָ & הֲקִימוֹתָ ex pleniore verbo הֲקִיימוֹתָ erexiſti. תְּגֵלְנָה exultabunt pro תְּגִילְנָה Pſalm. 51: 10. יָנֵאץ floreſcet pro יָנֵיץ Eccleſ. 12: 5. In Hophal: הֻקַם conſtitutus eſt, pro הֻקִים, & הֻסַג averſum eſt pro הֻסִיג Jeſai. 59: 14. מוּסָר amotus pro מֻסִיר Jeſai. 17: 1. מֻנָר remotus pro מֻנִיד 2. Sam. 23: 6. יוּשַׁב reducetur, pro יוּשִׁיב aut יָשִׁיב Exod. 10: 8.

92 III. Si excluſa media radicalis habuerit ſcheva mobile, initialis litera afficitur vocali magnâ tono gravatâ, ſcilicet Kametſo in Kal, ut קָמָה ſurrexit, pro קָיְמָה & קָמוּ ſurrexerunt, pro קָיְמוּ vel Cholem in Niphal, ut נָקוֹמָה & נָקוֹמוּ.

93 IV. Si excludenda media radicalis fuerit ſcheva mutum, ea vertitur in [ו] ut קוּמוּ pro קִיְמוּ formæ פִּקְדוּ, vel י ut נָקוֹם pro נַקְיוֹם ex Niphalica forma נַחְתּוֹם i. e. obſignatum fuit.

94 V. Litera præformativa tono proxima pro Scheva originario aſſumit magnam, v. gr. Kametz in Kal יָקוּם ſurget, תָּקוּמִי ſurget: In Niphal, נָקוֹם נָקוֹמָה, in Futuris & Infinitivis Hiphil יָקִים תָּקִימִי הָקֵם, Tzere in præterito & participio Hiphil, ut הֵקִים הֵקִימָה: הֲקִמֹתָ: מֵקִים Schurek in Hophal הוּקַם: יוּקַם conſtituetur. Litera ſervilis à tono remota, niſi interceſſerit Dages forte, retinet Schemota, niſi interceſſerit Dages forte, retinet Scheva: ut in Participio Niphal fœm. נְקוֹמָה: נְקוֹמִים

In

In Hiphil הֲקִימוֹתָ: הֲרִמוֹתָ: מְקִימָה: מְצֵרָה: מְרֵעִים
In Hophal præformativa retinet Schurek aut Kibbuts, ut הַמּוּמָתִים & הַמֻּמָתִים occisi. 2. Reg. XI. 2. in Kethib. In Futuris & Infinitivo Niphal, quum præformativæ literæ sint ante dagessatam, subjungitur illis parva, ut: אֶקּוֹם: תִּקּוֹם: הִקּוֹם.

95 VI. Joth in Gravibus vel per Dages geminatur, ut קִיֵּם stabilivit; vel transit in sequentis literæ similem, ut קוֹמֵם: קוֹמַם: הִתְקוֹמֵם &c.

96 Falluntur, qui in talibus verbis originarium esse putant medium Vav, & קָם extrito [ו] accersunt ab integro קָוַם. Vav enim radicale locum in Hebraismo ante vel post gutturatam mobilem non reperit, neq; exclusi è dictione exemplum exstat. Igitur alii א substituunt, quasi קוּם ac similes formæ nascantur ex integro קָאוּם & קָם ex קָאַם. Sed א hoc medium non sufficit omnium verborum quiescentium mediâ origini; &, qui hoc statuunt, neglectis coagmentationis legibus, in radice ebraica eas aliquando literas continuant, quæ per naturam suam consociari nequeunt. Juxta hos enim & אָץ originem duxerit ab אָאַץ & חָשׁ festinavit ab חָאַשׁ & הֵעִיק pressit ab הִעְאִיק, gutturatis, quæ à mutuo consortio abhorrent, in eadem dictione conjunctis. Deinceps non animadvertunt, si א habeatur pro originario elemento verborum media radicali defectorum, eo pacto initialem originem statui verba diversissimæ significationis. Ita sanè verbum גָּאַל redemit,

mit, ortum tribueret ipsi גול exsultandi verbo. Ita נוף stillare nascatur ex themate נָאַף adulterium commisit, דוג piscari, ex דָּאַג solicitum esse, בוש erubescere ex בָּאַשׁ putruit, שוף contrivit ab שָׁאַף anhelavit, שור cecinit ab שָׁאַר reliquum esse, שוב redire, ab שָׁאַב hausit, quæ verborum paria, ut monui, sensibus suis minimè conveniunt. Harum difficultatum nulla metuenda est, si ultima talium verborum origo censeantur verba cum medio Joth exarata, utpote in quibus neque vicinis literis Joth adversatur, neque reperitur verbum, cujus significatio ab originaria forma discrepet. Et verò firmat sententiam nostram, quòd originarium istud Joth retineant quàmplurima derivata. Retinet enim 1. conjugatio Pihel, quæ à קָיַם mutuat suum קִיֵּם stabilivit. Esth. 9: 31. קִיְּמוּ stabiliverunt. Esther. 9: 31. קַיֵּם statuere. Esth. 9: 21. ab חָב deductum חִיַּבְתֶּם reos fecistis. Daniel. 1: 10. Sic in Chaldaismo cognata sunt, פוג & פִּיג intermittere, גור peregrinari & אִתְגַּיַּר peregrinum se præbere, סוף & סַיֵּף consumere. Retinent 2. originarium Joth nomina derivata, בַּיִת domus, שַׁיִט remus, חַיִל virtus, צַיִד venatio. שַׁיִת vepretum, עַיִשׁ Arcturus, קַיִן hasta, luctum ferens. Retinent 3. Participia Chaldæorum: קָיְמִין stantes Dan. 3: 3. דָּיְנִין judicantes. Ezr. 7: 25. זָיְעִין trementes. Dan. 6: 27. דָּיְרִין habitantes. Dan. 6: 26. Pro קָיְמִין quidem & דָּיְרִין Dan. 3: 3. & cap. 6: 26. scribitur etiam

קָאֲמִין

קָאמִין & רָאֲרִין, & Zach. 14: 10. adparet Hebraicum verbum וְרָאֲמָה & exaltabitur, & רָאמוֹת excelsæ pro רָאֲמוֹת, & hoc pro רִימוֹת Prov. 24: 7. & Hose. 10: 14. קָאם exsurgit, pro קָים, & Proverb. 10: 14. רָאשׁ pauper, loco רָיִשׁ & רָאשִׁים pauperes, pro רִישִׁים Prov. 13: 23. Sed notandum, quod lenioris soni gratiâ, in talibus Joth in א mutatum iccirco non desinat esse primitivum & originarium; quemadmodum eâdem de caussa, si Joth in finibus nominum se ipsum antecedens in א mutatur, nihilosecius Joth primitivum censetur, ut in sequentibus, עַרְבִיאִים pro עַרְבִיִּים Arabes, הַגְרִיאִים pro הַגְרִיִּים Hagareni. צְבֹאִים Tzebo'im, ornamentorum civitas, pro צְבוֹיִים à sing. צְבוֹי quod figuratum ad instar בְּלוֹי veteramentum, unde בְּלָאִים pro בְּלוֹיִם veteramenta. צְבָאִים capreæ, pro צְבָיִים. Sic צְבָאוֹת capreæ pro צְבָיוֹת. Sic מְנָאוֹת pro æquè usitato מְנָיוֹת partes, תְּלוּאִים suspensi pro תְּלוּיִים à תָּלָה suspendit, נְכָאִים pro נְכָיִים percussa, à singulari forma נָכִי percussus, formæ עָנִי afflictus. Jesai. 16: 7.

De Deminutis initiali א habe has regulas:

I. Ante א radicale expressum vel intellectum futuri magni præformativa ipsum cholem vel segol adsciscit, ut אָהַב אָמַר תֹּאמַר: יֶאֱהַב diliget, נֶאְשַׁם Jerem. 5: 7. II. Imperativus & Infinitivus pro scheva simplici accipiunt compositum (ֱ) ut אֱמוֹר dic, vel dicere. 97

Regulæ deminutorum Joth initiali:

98 I. Joth cum ſcheva mobili aufertur, ut in Imperativo שֵׁב ſede, Infinitivo שֶׁבֶת ſedere.

99 II. Joth cum ſcheva muto poſt præformativam vertitur vel in Chirek magnum, ut יִירַשׁ: תִּירַשׁ vel in Tzere, ut יֵשֵׁב תֵּשֵׁב, vel in Cholem, ut הוֹשִׁיב, vel in Schurek, ut הוּשַׁב. Invariatum manet in ſequentibus הַיְשַׁר dirige. Pſalm. 5: 9. הַיְצֵא educito. Gen. 8: 17. מַיְמִינִים dextram petentes. 1. Par. 12: 12.

100 III. Joth per Dages geminandum tranſit in Vav mobile dageſſatum: ut יִוָּשֵׁב תִּוָּשֵׁב In ſequentibus duobus manet invariatum, in וַיִּיָּחֶל & expectavit. Gen. 8: 12. יִיָּרֶה jaculis conficitor. Exod. 19: 13.

Regulæ deminutorum א terminali:

101 I. Pathach ante א terminale mutatur in Kamets, ut מָצָא pro מָצַא invenit, אֶמְצָא pro אֶמְצַא inveniam.

102 II. Futurorum fœmininæ plurales exeunt in אנָה, ut מְצֶאנָה invenite, תִּמְצֶאנָה invenietis.

Regulæ deminutorum ה finali.

103 I. ה finale Præteritorum quieſcit in Kametz, ut גָּלָה: גָּלָה

104 II. ה Imperativorum quieſcit in Tzere, ut גַּלֵה: גַּלֵּה:

105 III. ה Futurorum ſecundorum quieſcit in (..) ut אֶגְלֶה: אֲגַלֶּה.

IV.

IV. ה-Infinitorum quiescit in Cholem, ut גָּלֹה. 106
V. ה ante seipsum in ת mutatur, נִגְלְתָה: גָּלְתָה 107
ante reliquas literas finales evanescit, ut גָּלִיתָ גָּלוּ גְּלִיתֶם: תִּגְלֶינָה:
VI. ה post Schurek transit in Joth mobile, גָּלוּיָה 108
VII. Quatuor omninò verba in fine gerunt ה 109
mobile seu mappicatum: כָּמַהּ: תָּמַהּ: נָגַהּ: גָּבַהּ
Imitantur ergo typos verbi integri.

DE PERMUTATIONE FORMARUM,

QUÆ FIT IN VERBIS DEMINUTIS.

REGULA: Transeunt formæ verborum 110
deminutæ in deminutas alias.

I. Frequentissimus est transitus formarum in 111
verbo גָּלָה in formas verbi מָצָא. ut 1. תּוֹבֵא acquiesces, pro תּאבֶה ex verbo אָבָה voluit. 2. אָתָנוּ venimus, pro אָתִינוּ. 3. יוֹרֵא pro יוֹרֶה. 4. נָשָׁא oblivifcendo, pro נָשֹׁה 5. נָצָא avolando pro נָצָה. 6. נֹשֵׁא mutuans pro נוֹשֶׁה 7. יַשִּׁיא, & יַשִּׁי deficiente א pro יַשֶּׁה mutuum exigat. 8. פַּלֵּא separare, pro פַּלֵּה. 9. יְפַלֵּא separabit, pro יְפַלֶּה. 10. קָרָאת obvenit pro קָרְתָה. 11. תִּקְרֶאנָה acciderunt, pro תִּקְרֶינָה. 12. נִקְרָא pro נִקְרָה occurrendo. 13. יִקְרָא eveniet pro יִקְרֶה. 14. יִשְׁנָא mutatur pro יִשְׁנֶה Thren. 4: 1. יִשְׂגֶּא augetur, Job. 8: 7. pro יִשְׂגֶּה & יִשְׁנֶא duplicetur pro יִשְׁנֶה Eccles. 7: 32. 15. קְרָאַנִי obvenit mihi, pro קָרָנִי. 16. נִכְאוּ percussi

cussi sunt, pro נִכּוּ. 17. מְסֻלָּאִים æstimati pro מְסֻלִּים. 18. מְרַפֵּא remissas faciens, pro מְרַפֶּה. In hac permutatione nonnunquam sufficit, puncta dumtaxat verbi alterius assumi, literis intemeratis, ut תִּכְלֶה pro תִּכְלָה consumetur, יְמַלֶּה pro יְמַלֵּא impleat, עוֹשֶׂה pro עוֹשֶׂה faciens.

112 II. Versis vicibus formæ מָצָא צֵז transeunt in formas verbi גָּלָה ut 1. כָּלָאתִי cohibui, pro כָּלִיתִי 2. נִטְמֵינוּ polluti sumus, pro נִטְמֵאנוּ. 3. הִמְצִיתִיךָ repertum te feci, pro הִמְצֵאתִיךָ. 4. מְלֹאת impleri pro מְלֹא 5. שְׂנֹאת odisse pro שְׂנֹא 6. קְרֹאת vocare pro קְרֹא 7. מַלְאוֹת & מַלֵּא impletum præbere, loco מַלֵּא 8. וְהִתְנַבִּיתָ & prophetabis, pro וְהִתְנַבֵּאתָ 9. הִתְנַבּוֹת vaticinari, ex integro הִתְנַבְּאוֹת pro הִתְנַבֵּא 10. נִפְלֵיתִי admiratione abripior, pro נִפְלֵאתִי 11. וְצָמִת quum sities, pro וְצָמֵאת Ruth. 2: 9. 12. קְרֶאןָ vocate, ex integro קְרֶאינָה pro קְרֶאנָה quod figuratum ad instar מְצֶאנָה invenite. Exod. 2: 26. 13. תְּרַפֶּינָה medicantur pro תְּרַפֶּאנָה. 14. תִּשֶּׂאינָה portabitis, pro תִּשֶּׂאנָה. 15. תְּבִיאֶינָה adducetis, pro תְּבִיאֶנָה Levit. 7: 30. 16. נִרְפְּתָה propter sakephcaton רִפֵּאתִי pro נִרְפְּאָה. 17. רִפֵּאתִי curavi, pro נִרְפָּתָה 18. מַשְׂגִּיא augens pro מַשְׂגֶּה Job. 12: 23. 19. נְסָה Tolle pro נְשָׂא. 20. מַקְנֶה pro מַקְנִיא zelare faciens. 21. אֶרְפֶּה pro אֶרְפָּא sanabo. 22. רִפֵּאנוּ curavimus. pro רִפִּנוּ. 23. יִכְלֶה pro יִכְלָא prohibebit

bebit. 24. הֶחְבֵּה abscondi, pro הֶחְבֵּא. 25. נְשׂוּי levatus, pro נְשׂוּא Psalm. 32: 1.

In his quoque verbis permutandis punctum permutari sufficit, literâ incolumi, ver. grat. חֹטֶא peccans pro חֹטֵא. 2. וּמוֹצֵא & invenio, pro וּמֹצֵא 3. נִשָּׂא extulit pro נשׂא 4. מִלָּא pro מִלֵּא implevit. 5. קַנּוֹא zelando, pro קַנָּא. 113

Rariùs vel geminatæ formæ סבב transeunt in formas à Joth inchoatas, ut איתם integer ero pro אֵתוֹם Psalm. 19: 14. וָאֵקַל ab יָקַל pro וָאֵקַל futuro Niphal, & levis habita sum. Gen. 16: 5. נֵאָרִים maledicti; imitatur enim formam נִצָּבִים tanquam si ortum esset ex יָאַר. Simile נֶחָמִים incalescentes, tanquam ex יָחַם. Vel transeunt in formas verbi קום ut 1. הֵעֹזָה roboravit illa, pro הֵעֵזָּה. 2. תַּמְנוּ absolvimus, pro תַּמּוֹנוּ. Ps. 64: 7. 114

Vel formæ ipsius נגש permutantur cum formis קום ut וַנָּבָל & decidimus, ex futuro Hiphil נָבַל cujus instar נָקֹם Jesa. 64:6. וַיָּזֶד & coxit, formæ וַיָּקָם Gen. 25: 29. יְמִישׁוּן palpant Psalm. 115:7. Significationem habet à מָשַׁשׁ palpavit, formam à מוּשׁ palpavit. וַיָּשַׂר & dissecuit serra. 1. Paral. 20: 3. forma similis mediâ diminutæ: origo ab נ inchoatæ: cujus collactaneum est מְשׂוֹר serra. Permutatur denique יָחוֹר geminata forma cum יָחַד *acuitur*, formâ quiescentium ל״ה Prov. 27: 17. 115

Vel medium Schurek complexa verba, ut קום, 116

transſeunt in formas verbi סָבַב ut וְנָקֹטּוּ cum dages, & faſtidio erunt, Ezech. 6: 9. pro וְנָקֹטוּ.
117 Vel formæ τῦ קוּם tranſeunt in formas verbi יָשַׁב Itaque אֵבוֹשׁ erubeſcam, poſitum pro אָבוֹשׁ. 2. הוֹבִישׁ pudefecit, pro הֵבִישׁ. Sic הוֹבַשְׁתָּ pro הֲבִישׁוֹתָ 3. וַיִּישֶׂם & poſuit, ex inuſitato יָשַׂם Gen. 50: 26. formæ וַיִּיצֶר & formavit, à שׂוּם deductum ſcriberetur וַיָּשֶׂם & poſuit. 4. אוֹחִילָה doleo, Jerem. 4: 19. pro אָחִיל.
118 Vel permutantur formæ קוּם & גָּלָה, ut תְּפוּצֶינָה diſpergentur, pro תְּפוּצֶנָה. 2. רָצוֹא currendo pro רוּץ.
119 Vel permutantur formæ קוּם & נָגַשׁ, ut הִזִּילוּהָ vilipendunt eam, effluere faciunt eam, pro הֵזִילוּהָ Thren. 1: 8. יַלִּיזוּ recedere, effluere faciunt, pro יָלִיזוּ Prov. 4: 21.
120 Vel verbum יָשַׁב permutat formam cum formis verbi קוּם, ut צָקוּן effuderunt Jeſa. 26: 16. pro יָצְקוּן Sic וַיִּעַף & feſſus fuit, ex forma וַיָּנַח & quievit, quaſi naſceretur ex עוּף. Ab יָעַף fuerit וַיִּעַף.
121 Vel ipſius אכל formæ tranſeunt in formas τῦ יָשַׁב, ut אוֹסִפְךָ colligam te, ex verbo יסף 1. Sam. 15: 6. 2. אֵחַר moratus ſum, pro אָחַר. 3. וְנוֹחֲזוּ & poſſeſſores fient, pro נֶאֶחֲזוּ.
122 Vel permutatur forma τῦ אָכַל cum forma גָּלָה ut וַיֹּאֶל & adjuratione obſtrinxit, pro וַיָּאַל 1. Sam. 14: 24.
123 Vel forma verbi גָּלָה tranſit in formam verbi סָבַב

סָבַב ut יִדַּחוּ impellantur, ad instar יִשַּׁחוּ deprimentur, pro יִדָּחוּ Jerem. 23: 12.

CAPUT VI.

DE PARADIGMATIS VEL TYPIS VERBORUM.

Summa.

Paradigma simplex verbi integri. Paradigmata conjuncta verbi integri. Paradigmata eorum, quæ primam habent gutturatam.

PARADIGMA SIMPLEX VERBI INTEGRI.

PRÆTERITUM ACTIVUM KAL. 1

1. Comm. 2. fem. 2. masc. 3. fem. 3. com. 3. masc.

פָּקַדְתִּי פָּקַדְתְּ פָּקַדְתָּ פָּקְדָה פָּקַד Singul.

visitavi, visitavisti, visitavisti, visitavit,

פָּקַדְנוּ׃ פְּקַדְתֶּן פְּקַדְתֶּם פָּקְדוּ Plural.

visitavimus, visitavistis, visitavistis, visitaverunt.

PARTICIPIUM I. PRÆSENS. 2

quæ - visitat פּוֹקְדָה qui-visitat פּוֹקֵד Sing.
vel פּוֹקֶדֶת

quæ - visitant פּוֹקְדוֹת qui-visitant פּוֹקְדִים Pl.

PARTICIPIUM II. PRÆTERITUM. 3

visitata. פְּקוּדָה visitatus פָּקוּד Sing.

visitatæ. פְּקוּדוֹת visitati פְּקוּדִים Plur.

4 INFINITIVUS.

Constructus. | Absolutus.

visitare פְּקֹר vel פְּקוֹר | visitare פָּקוֹר

5 IMPERATIVUS seu Futurum I.

2. Feminina. | 2. Masculina.

visita פִּקְדִי | visita פְּקֹר vel פְּקוֹר Sing.

visitate פְּקוֹדְנָה | visitate פִּקְדוּ Plur.

6 FUTURUM II.

3. fem. 3. masc. 2. fem. 2. masc. 1. comm.

תִּפְקוֹר יִפְקוֹר תִּפְקְדִי תִּפְקוֹר אֶפְקוֹר Sin.

visitabit, visitabit, visitabis, visitabis, visitabo.

תִּפְקוֹדְנָה׃ יִפְקְדוּ תִּפְקוֹדְנָה תִּפְקְדוּ נִפְקוֹר Pl.

visitabunt, visitabunt, visitabitis, visitabitis, visitabimus.

7 PRÆTERITUM *NIPHHAL*.

1. com. 2. fem. 2. masc. 3. fem. 3. com 3. masc.

נִפְקַדְתִּי נִפְקַדְתְּ נִפְקַדְתָּ נִפְקְדָה נִפְקַד Sing.

fui, fuisti, fuisti, fuit visitata, visitatus fuit.

נִפְקַדְנוּ נִפְקַדְתֶּן נִפְקַדְתֶּם נִפְקְדוּ Plur.

fuimus, fuistis, fuistis, fuerunt visitati *vel* tæ.

8 PARTICIPIUM.

visitata נִפְקֶדֶת vel נִפְקָדָה | visitatus נִפְקָד Sing.

visitatæ נִפְקָדוֹת | visitati נִפְקָדִים Plur.

9 INFINITIVUS.

visitari הִפָּקֵד

10 IMPERATIVUS sive Fut. primum.

2. femininum. | 2. masculinum.

visitare הִפָּקְדִי | visitare הִפָּקֵד Singul.

visitemini הִפָּקַדְנָה | visitemini הִפָּקְדוּ Plur.

FUTU-

FUTURUM II. 11

3. fem. 3. masc. 2. femin. 2. masc. 1. com.

Sing. אֶפָּקֵד תִּפָּקֵד תִּפָּקְדִי יִפָּקֵד תִּפָּקֵד

visitabitur, visitaberis, visitabor.

Plur. נִפָּקֵד תִּפָּקְדוּ תִּפָּקַדְנָה יִפָּקְדוּ תִּפָּקַדְנָה׃

visitabuntur, visitabimini, visitabimur.

PRÆTERITUM *PIHEL.* 12

1. com. 2. fem. 2. masc. 3. fem. 3. com. 3. masc.

Sing. פִּקֵּד פִּקְּדָה פִּקַּדְתָּ פִּקַּדְתְּ פִּקַּדְתִּי

præbui, visitantem præbuisti, visitantem præbuit.

Plur. פִּקְּדוּ פִּקַּדְתֶּם פִּקַּדְתֶּן. פִּקַּדְנוּ׃

præbuimus-visitantes præbuistis, visitantes præ-
visitantes. (buerunt.

PARTICIPIUM. 13

Sing. מְפַקֵּד מְפַקְּדָה vel מְפַקֶּדֶת׃

quæ visitantem præbet. qui visitantem præbet.

Plural. מְפַקְּדִים מְפַקְּדוֹת׃

quæ visitantes præbent. qui visitantes præbent.

INFINITIVUS. 14

Visitantem præbere. פַּקֵּד

IMPERATIVUS. 15

2. Femin. *2. Mascul.*

visitantem præbe פַּקְּדִי visitantem præbe פַּקֵּד

visitantes præbete פַּקֵּדְנָה visitantes præbete פַּקְּדוּ

FUTURUM. 16

3. fem. 3. masc. 2. fem. 2. masc. 1. comm.

Sing. אֲפַקֵּד תְּפַקֵּד תְּפַקְּדִי יְפַקֵּד תְּפַקֵּד

visitantem præbebit, visitantem præbebis, visitan-
(tem præbebo.

Plur. נְפַקֵּד תְּפַקְּדוּ תְּפַקֵּדְנָה יְפַקְּדוּ תְּפַקֵּדְנָה:
visitantes-præbebunt. visitantes-præbebitis. visi-
(tantes præbebimus.

17 PRÆTERITUM PÜHAL.

1. com. 2. fem. 2. masc. 3. fem. 3. com. 3. masc.

Sing. פֻּקַּד פֻּקְּדָה פֻּקַּדְתְּ פֻּקַּדְתָּ פֻּקַּדְתִּי
tat⁹ vel tata sum. tata es. tatus es: tata est: visitat⁹ est.

Plur. פֻּקְּדוּ פֻּקַּדְתֶּם פֻּקַּדְתֶּן פֻּקַּדְנוּ
visitati vel visitatæ sumus, visitatæ fuistis, visitati fuistis, visitati vel visitatæ sunt.

18 PARTICIPIUM.

Sing. מְפֻקָּד visitatus; מְפֻקָּדָה vel מְפֻקֶּדֶת visitata

Plural. מְפֻקָּדִים visitati. מְפֻקָּדוֹת: visitatæ,

19 INFINITIVUS.

פֻּקַּד visitari

IMPERATIVUS caret.

20 FUTURUM.

3. fem. 3. masc. 2. fem. 2. masc. 1. comm.

Sing. אֲפֻקַּד תְּפֻקַּד תְּפֻקְּדִי יְפֻקַּד תְּפֻקַּד
visitabitur, visitaberis, visitabor.

Plur. נְפֻקַּד תְּפֻקְּדוּ תְּפֻקַּדְנָה יְפֻקְּדוּ תְּפֻקַּדְנָה:
visitabuntur, visitabimini, visitabimur.

PRÆ-

PRÆTERITUM HIPHHIL. 21

1. comm. 2. fem. masc. 3. fem. 3. comm. 3. masc.

הִפְקַדְתִּי הִפְקַדְתְּ הִפְקַדְתָּ הִפְקִידָה הִפְקִיד Sing.

feci, fecisti, fecisti, fecit visitantem.

הִפְקַדְנוּ׃ הִפְקַדְתֶּן הִפְקַדְתֶּם הִפְקִידוּ Plur.

fecimus fecistis fecistis fecerunt visitantem.

PARTICIPIUM. 22

quæ visitare facit מַפְקִידָה qui visitare facit מַפְקִיד

quæ visitare fa- מַפְקִידוֹת qui visitare fa- מַפְקִידִים

ciunt. ciunt.

INFINITIVUS. 23

visitare facere. הַפְקֵד vel הַפְקִיד

IMPERATIVUS seu FUT. PRIMUM.

2. feminina. 2. masculina.

visitare fac הַפְקִידִי visitare fac הַפְקֵד Sing.

visitare facite הַפְקֵדְנָה visitare facite הַפְקִידוּ Pl.

FUTURUM II. 25

3. fem. 3. masc. 2. fem. 2. masc. 1. comm.

תַּפְקִיד יַפְקִיד תַּפְקִידִי תַּפְקִיד אַפְקִיד Sing.

faciet visitare, facies visitare, faciam visitare.

תַּפְקֵדְנָה׃ יַפְקִידוּ תַּפְקֵדְנָה תַּפְקִידוּ נַפְקִיד Plur.

facient-visitare. facietis-visitare, faciemus visitare.

PRÆTERITUM HOPHHAL. 26

1. com. 2. fem. 2. masc. 3. fem. 3. com. 3. masc.

הָפְקַדְתִּי הָפְקַדְתְּ הָפְקַדְתָּ הָפְקְדָה הָפְקַד Sing.

factus vel facta fui. facta vel factus fuisti visitari. factus visitari vel facta fuit.

Plur.

הָפְקְדוּ Plur. הָפְקַדְתֶּם הָפְקַדְתֶּן הָפְקַדְנוּ:

visitari facti fuimus. facti vel factæ fuistis: facti vel factæ fuimus visitari.

27 PARTICIPIUM.

מָפְקָד Sing. visitari fact⁹ מָפְקָדָה vel מָפְקֶדֶת visitari facta

מָפְקָדִים Pl. visitari facti מָפְקָדוֹת visitari factæ

28 INFINITIVUS.

הָפְקֵד visitatum fieri, vel, effici.

IMPERATIVUS CARET.

29 FUTURUM II.

1. comm. 2. masc. 2. fem. 3. masc. 3. fem.

Sing. אָפְקַד תָּפְקַד תָּפְקְדִי יָפְקַד תָּפְקַד

visitatus, vel -ta fiam. fies, vel efficieris -tata, tatus, fiet, vel efficietur visit.

Plur. נָפְקַד תָּפְקְדוּ תָּפְקַדְנָה יָפְקְדוּ תָּפְקַדְנָה:

visitati vel -atæ fiemus. tatæ vel -tati fietis, tatæ vel -tati fient.

30 PRÆTERITUM HITHPAHEL.

3. masc. 3. fem. 2. masc. 2. fem. 1. com.

Sing. הִתְפַּקֵּד הִתְפַּקְּדָה הִתְפַּקַּדְתָּ קַדְתְּ הִתְפַּקַּדְתִּי

visitantem se præbuit. visitatum te præbuisti, visitatum me præbui,

Plur. הִתְפַּקְּדוּ הִתְפַּקַּדְתֶּם הִתְפַּקַּדְתֶּן הִתְפַּקַּדְנוּ

visitatos vel -tas se præbuerunt. visitatos vos præbuistis, visitatos l. tas nos præbuimus.

31 PARTICIPIUM.

Masculinum. Femininum.

מִתְפַּקֵּד מִתְפַּקְּדָה vel מִתְפַּקֶּדֶת

qui visitatum se præbet. quæ visitatum se præbet,

מִתְפַּקְּדִים

מִתְפַּקְּדוֹת   מִתְפַּקְּדִים

quæ visitatas se præbent. qui visitatos se præbent.

INFINITIVUS. 32

visitatum se præbere. הִתְפַּקֵּד

IMPERATIVUS. 33

2. fœminina *2. masculina.*

הִתְפַּקְּדִי visitatum te præbe. הִתְפַּקֵּד Sing.
הִתְפַּקֵּדְנָה visitatos vos præbete. הִתְפַּקְּדוּ Plur.

FUTURUM. 34

3. fem. 3. masc. 2. fem. 2. masc. 1. comm.

תִּתְפַּקֵּד יִתְפַּקֵּד תִּתְפַּקְּדִי תִּתְפַּקֵּד אֶתְפַּקֵּד Sing.
præbebit se visitatam, vel, tum. te præbebis -tam vel-tũ. me præbebo visitatũ vel-tam.
תִּתְפַּקֵּדְנָה יִתְפַּקְּדוּ תִּתְפַּקֵּדְנָה תִּתְפַּקְּדוּ נִתְפַּקֵּד Pl.
visitatos se præbebunt. visitatos vos præbebitis, visitatos nos præbebimus.

PARADIGMATA CONJUNCTA VERBI INTEGRI. 35

PRÆTERITUM ACTIVUM KAL.

SING. פָּקַד visitavit. Simile: קָדַשׁ sanctus fuit. Dissimile: I. חָפֵץ voluit, קָדֹשׁ sanctus fuit, hinc enim est קָדֵשׁוּ Num. 17: 2. שָׁאַל & שָׁאֵל quæsivit. II. ob gutturatam ultimam שָׁמַע audivit. Jer. 36: 17. שָׁכַח oblitus est. III. קָטֹון parvus fuit, יָכוֹל potuit, יָגוֹר metuit. IV.

שָׁפַט

שָׁפַט judicavit. 1. Sam. 7: 17. שָׁגַג erravit. Levit. 5: 18.

פָּקְדָה visitavit. f. Forma II. גָּבְהָא extulit se. Ezech. 31: 5. III. אָזְלַת abiit. Deut. 32: 36. IV. רָאֲמָה alta fuit. Zach. 14: 10.

פָּקַדְתָּ visitavisti. m. Simile: כָּתַבְתָּ scripsisti. Dissimile: יָגֹרְתָּ timuisti. Deut. 28: 60. וְיָכָלְתָּ & potuisti. Exod. 18: 23.

פָּקַדְתְּ visitavisti f. Discrepat I. ultimâ gutt. לָקַחַתְּ accepisti. II. terminatione: אָכַלְתִּי comedisti in Kethib, Ezech. 16: 13. יָלַדְתִּי peperisti, Ezech. 16. שָׁמַעַתְּי audivisti. Jerem. 4: 19.

פָּקַדְתִּי visitavi. com. Diss. I. יְלִדְתִּי genui. Psalm. 2: 7. Num. XI. 12. Jerem. 2: 27. שְׁאִלְתִּי petivi. Ex formâ שָׁאֵל & יָלֵד II. יָקֹשְׁתִּי laqueum tetendi, יָכֹלְתִּי potui, שָׁכֹלְתִּי orbatus sum, & שָׁכַלְתִּי.

PLUR. פָּקְדוּ visitarunt. c. Simile: שָׁפְכוּ effuderunt. יָכְלוּ potuerunt. Dissim. I. שָׁפְכָה Deut. 21: 7. שָׁמֵמָה vastati sunt. Ezech. 35: 12. vid. Arcan. p. 76. II. ob mediam gutturatam: שָׁאֲלוּ petierunt, בָּעֲלוּ dominium habuerunt.

פְּקַדְתֶּם visitastis. m. Diss. I. יְרִשְׁתֶּם possidebitis Deut. 4: 1, 22. ex forma יָרֵשׁ II. שְׁאֶלְתֶּם petivistis.

פְּקַדְתֶּן visitastis f. Simile: שְׁמַרְתֶּן custodivistis.

פָּקַדְנוּ visitavimus. c. Simile עָמַלְנוּ elaboravimus.

PAR-

PARTICIPIUM PRÆSENS. 36

SING. פֹּקֵד visitans. Simile שֹׁכֵן habitans, הוֹלֵךְ & הֹלֵךְ Prov. 13: 20: Diss. ob ult. gutturatam נֹטֵעַ vel נֹטֵעַ plantans. Psalm. 94: 9. II. אוֹסֵף colligens, 2. Reg. 22. יוֹסֵף addens. Esa. 29: 14: תּוֹמֵךְ sustentans. III. אֹבֵד periturus. Deut. 32: 28. אֹרֵר hinc enim deflexum est אֹרְרֶיךָ maledicentes tibi, Num. 24: 9. IV. אָבֵל lugens, גָּדֵל crescens, יָשֵׁן dormiens.

פֹּקְדָה quæ visitat. Simile אֹמְרָה quæ dicit. Dissimile I. יוֹלֵדָה parturiens. Hos. 13: 13. נֹטְרָה custodiens, בֹּגֵדָה perditè agens. II. דְּבֵקָה hærens, אֲבֵלָה lugens.

פֹּקֶדֶת quæ visitat. Simile נֹפֶלֶת cadens. Dissimile I. cum ultima rad. Aleph: מוֹצֵאת inveniens. Cant. 8: 10. נֹשֵׂאת obtinens. II. Cum ultima Heth, בֹּרַחַת fugiens. יוֹדַעַת cognoscens.

פֹּקַדְתִּי quæ visitat. Simile אֹהַבְתִּי quæ amat. Hose. 10: 11. אֹיַבְתִּי quæ inimica. Mich. 7: 8. Sunt, qui Joth paragogicum esse existimant, quia tonus in penultima collocatus. Sed redarguit hoc זוּלָתִי Deut. 1: 36. בִּלְתִּי præter, דִּבְרָתִי Psalm. 110: 4. in quibus propter Joth paragogicum tonus demittitur. Statuam igitur Chirek post ת esse fæminei generis notam, ut in אַתְּי tu, pronomine. Vide Arcanum nostrum, p. 317. & in præterito, de quo Arcan. p. 380. 381. In רַבָּתִי עָם Thren. 1: 1. & שָׂרָתִי tonus

nus in ultima ceu ſede nativa ponendus, ad vitandum concurſum toni ſequentis, migravit in penultimam.

PLUR. פֹּקְדִים viſitantes, vel qui viſitant. Simile: יוֹשְׁבִים ſedentes. Diſſimile דְּבֵקִים hærentes. Deut. 4: 4. II. Cum media gutt. דֹּאֲגִים ſolliciti, שֹׁאֲלִים petentes.

פֹּקְדוֹת quæ viſitant. Diſſimile שֹׁאֲבוֹת haurientes. נֹאֲפוֹת adulterantes. II. תּוֹפְפוֹת pulſantes tympana.

37 PARTICIPIUM PRÆTERITUM.

SING. פָּקוּד viſitatus. Simile שָׁאוּל petitus, בָּרוּךְ benedictus. Diſſimile I. יָצוּעַ ſtratum. II. לָבֻשׁ indutus veſte, פָּרֻשׂ expanſus. III. יָלֻד natus. עָרֵל præputiatus, נָפֻשׁ ſpiratus vel ſpiratum. טָרֵף raptum. IV. יָרִיד dilectus, נְצִיב præfectus. V. יָצִיעַ ſtratum, נְצִיחַ præfectus. VI. סְבוּךְ perplexum, גְּדוּר ſeptum. סְגוּר incluſum, ſcil. aurum, כְּמוּשׁ abſconditus.

פְּקוּדָה viſitata. Simile, בְּעוּלָה maritata. Diſſimile I. עֲזוּבָה II. בְּעֻלָה maritata, גְּנֻבָה furto ablata.

PLUR. פְּקוּדִים viſitati. Simile קְרוּאִים convocati, נְצוּרִים cuſtoditi. Diſſimile II. בְּרֻדִים grandinati. חֲבֻלִים pignore accepti. III. קְרִיאִים vocati, נְצֻרִים cuſtoditi.

פְּקוּדוֹת viſitatæ, vel, quæ viſitantur. Diſ. נְפֻצוֹת diſperſæ.

INFI-

INFINITIVUS 38

formæ absolutæ.

פָּקוֹר visitare. Simile מָאוֹס reprobare, נָפוֹל cadere, הָרוֹג interficere. Discr. ob ultimam gutturatam: רָצוֹחַ occidere, לָקוֹחַ accipere, פָּשׁוֹעַ deficere. Jesa. 59: 13.

INFINITIVUS 39

formæ constructæ.

I. פְּקֹר visitare. Simile דְּרוֹשׁ quærere. נְפוֹל cadere. נְגוֹף percutere. Discrepat I. ob א initiale, אֱמוֹר dicere, unde לֵאמוֹר dicendo. II. ob finalem Aleph, מְצוֹא invenire. III. ob He, Heth & Hajin finales. גְּבֹהַּ altum esse. Psalm. 103: 11. שְׁלוֹחַ mittere, בְּרוֹחַ fugere, שְׁמוֹעַ audire, נְסוֹעַ proficisci, פְּשׁוֹעַ prævaricari.

II. פְּקֹדֶת visitare. Simile: יְכֹלֶת posse. Num. 14: 6. יְבֹשֶׁת arescere. Gen. 8: 7.

III. פְּקַד visitare. Simile: שְׁכַב cubare, 2. Reg. 14: 22. לְבַשׁ induere, 2. Reg. 22: 30.

IMPERATIVUS.

SING. פְּקוֹד visita. Discrepat I. נְהַג duc, שְׁלַח mitte, קְרַב accede. II. סְעָד fulcito. Jud. 19: 5. 8. שְׁמַע audi. Ezech. 40: 4. 40

פִּקְדִי visita, f. Simile: עִבְרִי transi. Discrepant I. ex forma פְּקוֹד manantia מָלְכִי regna, עָלְזִי exsulta. קָרְחִי glabra te. II. קָסֳמִי divina. 1. Sam. 28: 8.

8. צַעֲקִי clama. III. מוֹלְכִי impera. Jud. 9: 12. Vid. Arcan. Keth. p. 122. IV. חֶשְׂפִּי denuda, Jeſa. 47: 2. V. שְׁאָבִי hauri, ex forma שְׁאַב hauri. Nech. 3: 14.

PLUR. פִּקְדוּ viſitate, m. Simile, עִרְבוּ Jerem. 46: 3. Diſſimile: I. מָשְׁכוּ trahite, חָרְבוּ deſolamini, שָׁדְדוּ vaſtate, Jerem. 49: 28. II. זְכָרוּ recordamini. Malach. 3: 22. in Kethib.

פְּקֹדְנָה viſitate, f. Diſcrepat ob א initiale: אֱמֹרְנָה dicite, אֱכֹלְנָה comedite.

41 FUTURUM.

SING. אֶפְקֹד viſitabo. Simile אֶחְמֹל parcam, אֶחְפֹּר fodiam, אֶחְבֹּל perdam. Diſſimile quoad terminationem pathach, אֶשְׁכַּב cubabo, אֶשְׁלַח mittam, אֶחְדַּל deſiſtam, אֶחְסַר egebo.

תִּפְקֹד viſitabis. Diſſimilia videantur in paradigmate inchoantium à gutturali.

תִּפְקְדִי viſitabis, f. Diſcrepat תִּשְׁחֲדִי munerabis, Ezech. 16: 33.

יִפְקֹד viſitabit. Diſcrepat terminatio pathach. יִקְדַּשׁ ſanctus erit, יִגְבַּה altus erit, יִנְאַץ ſpernet.

תִּפְקֹד viſitabit, f. Diſcrepat I. ex terminatione pathach, תִּדְבַּק adhærebit, תִּקְדַּשׁ ſancta erit. II. Ex terminatione Schurek: תִּשְׁמוֹר à quo venit תִּשְׁמוּרֵם cuſtodiet eos. Prov. 14: 3.

PLUR. נִפְקֹד viſitabimus, c. Diſcr. ob initiale Hajin, de quo ſ. l.

תִּפְקְדוּ

תִּפְקְדוּ visitabitis. Simile: תִּקְרְבוּ positum loco תִּקְרַבְנָה accedetis. Ezech. 37:7. Dissimile propter mediam gutturalem, תִּשְׁחֲטוּ jugulabitis.

תִּפְקֹדְנָה visitabitis, fœm. Dissim. תִּקְדַּשְׁנָה sanctæ eritis, תִּקְסַמְנָה divinabitis.

יִפְקְדוּ visitabunt, masc. Dissimile I. propter med. guttural. יִשְׁחֲטוּ jugulabunt, יִנְהֲרוּ confluent, יִנְהֲגוּ abducant. II. Discrepat יִשְׁפּוּטוּ judicabunt. Exod. 18:26. III. יִקְרְחָה radent. Levit. 21:5.

תִּפְקֹדְנָה visitabunt, fæm. Simile תִּשְׁכֹּנָּה habitabunt, nec enim aliter sonat quam תִּשְׁכֹּנְנָה Ezech. 17:23. Dissimile I. ex terminatione Pathach, תִּקְשַׁבְנָה auscultabunt. Jesai. 32:3. תִּלְבַּשְׁן vestiebantur 2. Sam. 13:18. II. ex terminatione Segol: תִּגְבְּהֶינָה exaltatæ erunt. Ezec. 16:50.

PRÆTERITUM NIPHHAL.

42

SING. נִפְקַד visitatus fuit. Simile נִקְדַּשׁ sanctus factus est, Jesai. 5:16. נִשְׁבַּע jurans factus est, נִלְחַם pugnans factus est.

נִפְקְדָה visitata fuit. Dissimile נִשְׁכַּחַת oblivioni tradita est. Jesai. 23:15.

נִפְקַדְתָּ visitatus fuisti. נִפְקַדְתְּ visitata fuisti.

נִפְקַדְתִּי visitatus, vel visitata sum. Simile: נִקְדַּשְׁתִּי sanctus fiam. Lev. 22:32. Dissimile נִבְעַתִּי consternatus sum, pro integro נִבְעַתְתִּי.

PLUR. נִפְקַדוּ visitati vel visitatæ fuimus. Discrepat ob ה terminale נִשְׁבְּרָה fractæ sunt. 1. Reg. 22: 49.

נִפְקַדְתֶּם visitati estis, נִפְקַדְתֶּן visitatæ estis.

נִפְקַדְנוּ visitati vel visitatæ fuimus.

PARTICIPIUM.

43 SING. נִפְקָד visitatus. Sim. נִכְבָּד honoratus.

נִפְקָדָה visitata. Forma II. נִפְקֶדֶת visitata. Simile נִכְחֶדֶת excisa.

PLUR. נִפְקָדִים visitati. Simile, נִכְבָּדִים honorati. Num. 22: 15. Dissimile, נִכְבַּדִּים Nahum. 3: 10.

נִפְקָדוֹת visitatæ. Simile נִכְבָּדוֹת honorabilia. Psal. 87: 3.

INFINITIVUS.

44 הִפָּקֵד visitari. Discr. I. terminatione הִנָּתוֹן dando. Jerem. 32: 4. & 38: 3. II. Nun præformativo, נִלְחַם pugnando, נִשְׁאַל postulando, נִכְסֹף desiderando, נִשְׁלֹחַ mittendo, נִגּוֹף percutiendo. Judic. 20: 29. III. Aleph præformativo, אִדָּרוֹשׁ consulendo, Ezech. 14: 3.

IMPERATIVUS.

45 SING. הִפָּקֵד visitare. Sim. הִכָּבֵד honoratus fias.

הִפָּקְדִי visitare. f. PL. הִפָּקְדוּ visitamini, m. הִפָּקַדְנָה visitamini, f.

FUTURUM.

46 SING. אֶפָּקֵד visitabor. Simile אֶקָּדֵשׁ sanctus vel sancta

ſancta fiam. Diſſimile אַדְרֵשׁ conſular. אִמָּלֵט eripiar. Ob gutturalem, אִשָּׁבַע jurabo. אִוָּשַׁע ſalvabor. אִכָּבְדָה honorabor.

תִּפָּקֵד viſitaberis m. Diſſ. תִּשָּׁבֵר confringeris. Ezech. 32: 28.

תִּפָּקְדִי viſitaberis. fæmininum.

יִפָּקֵד viſitabitur, m. Sim. יִקָּדֵשׁ ſanctus fiet, Num. 20: 3. וַיִּיָּחֶל & expectavit Gen. 8: 12. Diſſimilia ob terminale Pathach יִגָּמַל ablactabitur, יִנָּפַשׁ reſpirabit, יִוָּעַץ conſuletur.

תִּפָּקֵד viſitabitur, fæm. תִּשָּׁאֵר relinquetur.

PLUR. נִפָּקֵד viſitabimur, communis generis.

תִּפָּקְדוּ viſitabimini. Diſſimile תֵּרָפְאוּ ſanabimini.

תִּפָּקַדְנָה viſitabimini. f. יִפָּקְדוּ viſitabuntur m.

תִּפָּקַדְנָה viſitabuntur, fæm. Diſcrepat I. Ex terminatione Pathach: תִּפָּתַחְנָה aperientur. תִּשָּׁבַרְנָה frangentur. תִּשָּׁאַרְנָה relinquentur. תִּשָּׂרַפְנָה comburentur. תִּבָּהַלְנָה conturbabuntur. II. Ob Reſch indageſſabilem, תֵּרָמַסְנָה conculcabuntur.

PRÆTERITUM PIHEL. 47

SING. פִּקֵּד viſitantem præbuit. Sim. דִּבֵּר dixit, כִּבֵּס lavit, כִּפֵּר expiavit, רִקֵּד ſaltantem præbuit. Diſſim. I. ultimâ gutturatâ פִּתַּח Job. 12: 18. II. propter excluſum Dages: מֵאֵן renuit, בֵּאֵר explanavit, בֵּרֵךְ benedixit, שֵׁרֵשׁ vel שֵׁרֵשׁ radi-

ces egit. Jesa. 40: 24. הֵתֵל illusit. Gen. 31: 7. III. Propter Cholem: שׁוֹפֵט judicem præbuit. זוֹרֵם exundantem præbuit. IV. Dissimilia terminatione: דִּבֵּר dixit. כִּבֵּס lavit. כִּפֵּר expiavit. V. קִדַּשׁ consecravit. 1. Reg. 8: 64. שִׁלַּח dimisit, פִּתַּח aperuit, בִּלַּע absorpsit, נִהַג duxit. Exod. 10: 13. VI. אִחַר distulit, בֵּרֵךְ benedixit. Gen. 24: 35.

פִּקְּדָה visitantem præbuit. fæm. Diss. I. שִׁלְחָה dimisit, sine dagesch. Ezech. 17: 7. II. שֹׁפְטָה judicantem præbuit. Judic. 4: 4. III. ob secundam ח gutturatam יִחֲמָה hinc enim est יֶחֱמַתְנִי fovit me. Psalm. 51: 7.

פִּקַּדְתָּ visitantem præbuisti. Simile קִדַּשְׁתָּ sanctum præbuisti. Exod. 28: 41. Dissimile ob mediam non dagessatam. נִחַלְתָּ deduxisti Exod. 15: 13. הֵתַלְתָּ illusisti. Jud. 16: 10.

פִּקַּדְתְּ visitantem præbuisti. Discrepat לִמַּדְתִּי docuisti. Jerem. 13: 2. לִבַּבְתִּי exenterasti. דִּבַּרְתִּי loquuta es. Jerem. 3: 5. שִׁלַּחְתִּי emisisti. Zach. 9: 11.

פִּקַּדְתִּי visitantem præbui. Simile קִדַּשְׁתִּי sanctum vel sanctam præbui. Dissimile יוֹדַעְתִּי notum feci. 1. Sam. 21: 2.

PLUR. פִּקְּדוּ visitantes præbuerunt. Sim. קִדְּשׁוּ sanctos vel sanctas præbuerunt. Dissimile I. שִׁלְחוּ miserunt, sine dages. II. Ob gutt. mediam, שִׁחֲתוּ corruperunt, אֶחֱרוּ cum Segol loco Tzere, Jud. 5: 28.

5: 28. III. Differt terminatione: קִבְּלוּ receperunt, intellecto He. Esth. 9:27. III. Differunt initiali Cholem, זֹרְמוּ exundarunt, שֹׁרְשׁוּ radices egerunt.

פִּקַּדְתֶּם visitantes præbuistis. Simile קִדַּשְׁתֶּם sanctos vel sanctas exhibuistis.

פִּקַּדְנוּ visitantes nos præbuimus. gen. comm.

PARTICIPIUM PRÆSENS. 48

SING. מְפַקֵּד visitantem præbens. Simile מְקַדֵּשׁ sanctum præbens. Dissimile I. ob neglectum dages, מְנַהֵל deducens. מְפַחֵד paventem se præbens. II. ob compensatum dages, מְבָרֵךְ benedicens. מְתָעֵב detestans. III. מְלוֹשֵׁן unde est מְלוֹשְׁנִי & מְלָשְׁנִי linguâ lædens, cum Joth paragog. Psalm. 101: 5. Simile מְשׁפֵּט unde מְשֹׁפְטִי judicans me. Job. 9: 15.

מְפַקְּדָה quæ visitantem præbet. Diss. מְשַׁכֵּלָה abortiens.

מְפַקֶּדֶת quæ visitantem præbet. Sim. מְשַׁכֶּרֶת inebrians. Diss. I. compensato dages מְנָאֶפֶת. II. ob ת radicalem exclusam: מְשָׁרַת ministrans, pro מְשָׁרֶתֶת 1. Reg. 1: 15.

PLUR. מְפַקְּדִים qui visitantes præbent. Simile: מְשַׁמְּרִים qui custodientes præbent. Jon. 2: 9.

מְפַקְּדוֹת quæ visitantes præbent. Discr. ob guttur. מְנַהֲגוֹת deducentes. Nach. 2:7.

PARTICIPIUM PRÆTERITUM. 49

SING. פֻּקַּד. Similia: עֻקָּשׁ perversus, דֻּבַּר dictum. Jer. 5: 13.

5: 13. אֻטַּר præclusus, חֻבַּל funibus instructus Malus, עִוֵּר cæcatus, קֻטַּר suffitus, שֻׁלַּם retributum, repensum. גִּבֵּן qui gibberum præbuit.

פַּקֶּדֶת vel פַּקְּדָה Simile עִוֶּרֶת cæcata.

Plur. פַּקְּדִים Sim. עִקְּשִׁים perversi, אִלְּמִים linguâ ligati, h. e. muti, עִלְּגִים qui sunt oris blæsi, vel balbi. פִּסְחִים absq; dages: qui claudicantes præbuerunt. Jesa. 33: 23.

פַּקְּדוֹת Simile עִוְּרוֹת cæcatæ.

50 INFINITIVUS.

פַּקֵּד visitantem præbere. Simile, קַדֵּשׁ sanctum præbere, זַמֵּר canere. Dissimile I. ob mediam non dagessatam: שַׁחֵת perdere. II. ob dages compensatum, הָרֵס destruere, הָתֵל illudere. III. ob Chirek parvum primæ radic. חִלֵּץ eruere. Lev. 14: 40. נִאֵץ irritando. 2. Sam. 12: 15. IV. ob terminale Cholem יַסּוֹר castigando.

פַּקֶּדֶת Simile est: צַדֶּקֶת Hinc enim deflexum, צַדֶּקְתֵּךְ justum exhibendo te. Ezech. 16: 52.

51 IMPERATIVUS.

236 VI.

מְגַלֶּה Simile מְכַסֶּה tegumentum.

מְגַלָּה Sim. cum indageſſabili מְקָרֶה contignatio. מְעָרָה ſpelunca.

מְגַלִּיָּה Sim. מְנַקִּיָּה plur. מְנַקִּיּוֹת ſcopulæ.

237 VII.

גַּלָּי Simile דַּוַּי in pauſa: דַּוָּי languidus. Jeſa. 1: 5. Gaudent eâdem formâ virorum nomina, סַלָּי Ζακχαῖος. Ezr. 2: 9. Nech. 12: 7. קַלָּי Nech. 12:

12.20. & posterior pars nominis בִּנֻּי quod excusum ex integro בְּאַנֵּי i. e. in desiderio. Nech. 3:18. quamvis Joth in talibus ex divina adpellatione decisum videri queat.

VIII.

גַּלָּה Sim. נִדָּה separatio, immundicia. 238

IX.

גִּלָּיוֹן liber apertus. Similia כִּלָּיוֹן consumtio. נִקָּיוֹן 239
mundities. הֵרָיוֹן conceptus.

X.

גִּלִית Simile עֲלִית superius. מִנִּית urbis nomen. 240
Judic. 11. 33. à qua denominatum Triticum Minnithæ. Ezech. 27: 17.

XI.

גִּלּוֹן Sim. סִלּוֹן spina, à prosternendo. רִמּוֹן malo- 241
granatum, à decipiendo: quòd Malum ex eo genere nullum reperiatur, in quo non insit granum nequam. Proprium צִיּוֹן & עִיּוֹן. Cum gutturata media הֵרוֹן conceptus.

גִּלּוֹנִי Simile, רִמּוֹנִי ex malogranatis confectum. Cantic. 8: 2.

XII.

גִּלּוּי Similia שִׁקּוּי potus. צִפּוּי obtectio. Huc refer- 242
tur מִלּוּא plur. מִלּוּאִים & מִלֻּאִים impletiones. In propriis בִּנּוּי Binnuj, Viri nomen. Ezr. 8: 33.

XIII.

גַּלָּה Fæmin. מְגַלָּה. Ad hujus instar formatum est מְעָרָה nuditas.

CLASSIS TERTIA

EXUPERANTIUM;

243 In qua recensentur Nomina quatuor aut quinque literarum, quæ repetitis radicalibus oriuntur vel ex integro vel diminuto verbo.

244 I. Primum locum teneant ex integris verbis manantia nomina, in quibus radicalis prima repetitur:

פְּקַפִּיד Simile זַרְזִיף stilla. Psalm. 72: 6.
פְּקַפַּר Sim. כַּרְכֹּב ambitus.
פַּקְפַּר Sim. קַרְקַע karkah, loci nomen. Jos. 15: 3.

245 II. Ea, in quibus repetitur secunda & tertia.

פְּקַרְקַר Sim. אֲסַפְסֻף colluvies.
פְּקַרְקָר Sim. אֲדַמְדָּם subrubidus.
פְּקַרְקַר Sim. יְרַקְרַק subviride. הֲפַכְפַּךְ versatilis.
יְקַעְקַע pro יְקַעְקַע stigma. conf. p. 455. n. VI.
פְּקַרְקָרוֹת Similia יְרַקְרַקּוֹת subvirides. אֲדַמְדַּמּוֹת rubicundæ. חֲלַקְלַקּוֹת lubricitates. עֲקַלְקַלּוֹת, tortuosa.
פְּקַרְקֶרֶת Sim. אֲדַמְדֶּמֶת rubicunda.
פְּקַרְקֹרֶת Sim. שְׁחַרְחֹרֶת nigricans.
פְּקַרְקָרוֹת Sim. חֲבַרְבֻּרוֹת liventes maculæ.

246 III. In quibus repetitum ר vertitur in liquidam, ל vel ן.

פַּקְדִּיק Sim. כַּרְמִיל coccineum pro כַּרְמִיר.
פַּקְדֶּק Sim. כַּרְמֶל arvum. pro כַּרְמֶר sic formatum בַּרְזֶל ferrum, pro בַּרְזֶר & גַּרְזֶן securis, pro גַּרְזֶר. פַּקְדּוֹק

פַּקְדּוֹם Sim. קַרְסוֹל talus. pro קַרְסוֹר & חַרְגֹּל cantharus pro חַרְגֹּר.

IV. In quibus repetitur tertia.

פַּקְדָּד Sim. אֻמְלַל à quo venit plurale אֲמֵלָלִים languidi. Nehem. 4: 2. לְהָבָב unde ה extrito 247
לְבָב cor, quod collactaneum est nominis לַהַב flamma.

פַּקְדִּיד Sim. סַגְרִיר imber. עַבְטִיט oppignoratum: Hab. 2:6. Nec enim est compositum ex עָב densum & טִיט lutum. Itaque laudatus locus vertatur: Væ multiplicanti aliena, & ei, qui onerat se oppignorato.

פַּקְדִּידִי Simile חַכְלִילִי pro כַּחְלִילִי i. e. nigricans, congenerum quippe est Arabicum كُحْل oculorum nigredo. Hinc lux additur loco Gen. 49: 12. Nigricans oculis præ vino, & albus dentibus præ lacte. Plinius Hist. Nat. lib. XIV. *Colores vinis quatuor Albus, fulvus, sanguineus, niger.*

פַּקְדִּידוּת Sim. חַכְלִלוּת nigredo. Proverb. 23: 29. Cui vulnera impune? cui, *à plagis vel ictibus*, nigredo oculorum est? immorantibus apud vinum &c. Nigredo, i. e. livor, Poëtis etiam niger dictus.

פַּקְדוּד Sim. שַׁבְּלוּל limax. גִּבְּנוֹן gibbosus. נַאֲפוּפִים adulteria. Hujus loci non est שַׁעֲרוּרָה res pudenda, Jerem. 5: 30. שַׁעֲרוּרִית res fœda valdè, ut rectè vertunt Junius & Tremellius. שַׁעֲרוּרִיָּה Hos. 6: versu 10. quem ita interpretor: In domo Israëlis video rem fœdam sive pudendam

valde; ibi scortatione Ephrajimitarum pollui Israëlitas. Ipsum quoque הַשֹּׁעֲרִים positum loco הַשְּׁעֲרֻרִים significat fœditatem. Jer. 29: 17. Expositurus sum eos tanquam ficus fœdatas. Nimirum שׁ servile est, ut in שַׁלְהֶבֶת flamma.

רַעֲנָן פַּקְדָּד Sim. פְּרַחְח pubertas. שַׁאֲנָן tranquillus. רַעֲנָן viridis. plur. רַעֲנַנִּים virides.

פַּקְדּוּד Simile חֲבַקּוּק Vatis proprium.

V. In quibus repetuntur prima & secunda Integrorum, ex. gr. in propriis שַׁמְשֵׁר unde שַׁמְשְׁרַי custoditus Domini. Viri nomen. 1. Par. 8: 26.

248

VI. In quibus repetuntur prima & secunda Diminutorum Hajin.

גַּלְגַּל Sim. סַנְסַן plur. סַנְסִנִּים palmites.

גַּלְגַּלָּה Sim. טַלְטֵלָה migratio. Jesa. 22: 17.

גַּלְגּוּל Sim. בַּקְבּוּק lagena. חַרְחֻר adustio, & חַרְחוּר viri nomen, Ezr. 2: 51. חַלְחוּל urbis vocabulum. Josu. 15: 57. זַמְזֻם plur. זַמְזֻמִּים Gigantum nomen. בַּרְבֻּר pl. בַּרְבֻּרִים selectissima. תַּעְתֻּעִים errores.

גַּלְגַּלְיָה Sim. בַּקְבֻּקְיָה Levitæ nomen. Nech. 11: 17.

גַּלְגָּל Sim. עַרְעָר nudatissimus. צַחְצָחוֹת plur. siccitates.

גַּלְגַּל orbis. Sim. גַּרְגַּר granum, plur. גַּרְגְּרִים fauces.

גַּלְגָּלָה Sim. גַּרְגְּרוֹת fauces.

גַּלְגַּלִּים Simile זַלְזַלִּים flagella in vitibus תַּחְתִּים

חֲתַחְתִּים contritiones. תַּלְתַּלִּים crispaturæ capillorum.

גַּלְגַּלִּים unde גַּלְגַּלָּיו rotæ ejus. Jesa. 5: 28.

גַּלְגַּלּוֹת Sim. סַלְסִלּוֹת quali, canistra.

גַּלְגַּל rota vel circulus. Sim. צְלָצַל locusta.

גַּלְגָּלָה Sim. כִּרְכָּרָה plur. כִּרְכָּרוֹת veredarii cameli.

גֻּלְגֹּלֶת Sim. צִנְצֶנֶת scutella, cognatum צִנָּה scutum.

גָּלְגָּל Sim. קָדְקֹד vertex.

גִּלְגָּל Sim. גִּדְגָּד vel גֻּדְגָּד cæsura, loci nomen. Num. 33: 32. Deut. 10: 7.

גֻּלְגֹּלֶת cranium, caput. Jud. 9: 52. Exod. 16: 16.

גִּלוּגָל Sim. קְלוֹקֵל vilissimus, עֲרוֹעֵר arbor nudatissima.

גִּלְגָּל Sim. צְלָצַל locusta. Constructũ צִלְצַל כְּנָפַיִם locustarum vis alata, umbram faciens. Jesa. 18: 1.

VII. In quibus repetitur prima quiescentium Joth. 249

שְׁבַשָּׁב Sim. הַבְהָב pro integro יְהַבְהָב pl. הַבְהָבִים donaria. צֶאֱצָאִים prognati.

שְׁבַשְּׁב Sim. קַעְקַע pro integro יְקַעְקַע à radice יָקַע avulsit.

VIII. In quibus repetitur prima & tertia diminutorum mediâ Joth.

מְקַמְקְמִים Sim. מְנַעַנְעִים sistra. 2. Sam. 6: 5.

קְמַקְמָה Sim. טַלְטֵלָה migratio vel conjectio.

אֲקַמְקוּם Sim. אֲבַעְבּוּעַ idem quod Chaldæorum בַּעְבּוּעַ ex verbo בַּעְבַּע bullas excitavit.

IX. In quibus iteratur prima quieſcentis He.

250 גִּלְגָּה Sim. עִוְעָה unde excuſum plurale עִוְעִים perverſitates. Jeſa. 19: 14.

גִּלְגָּה Sim. שַׁרְשָׁה catena. Proprium שַׁוְשָׁא 1. Par. 18: 16.

X. In quibus iteratur prima & ſecunda quieſcentium He.

251 גַּלְגַּל Sim. עַרְעָר nudatus.

גַּלְגָּלָה Sim. חַלְחָלָה ægritudo vehemens, ab חָלָה æger fuit. צַפְצָפָה ſpeculatio. עַרְעָרָה i. e. ornatiſſima, Urbis nomen. Joſu. 15: 22. סַאסְאָה menſura. Jeſa. 27: 8.

גַּלְגַּל Sim. עַרְעַל pro עַרְעָר ex quo עָרֵל nudatus præputio, circumciſus.

גַּלְגַּלּוֹת Sim. שַׁרְשְׁרוֹת catenæ, à שָׁרָה diſſolvere. Conſtat enim circulis diſſolutis catena.

גַּלְגַּלִּים Sim. קַשְׂקַשִּׂים ſquamæ.

גַּלְגַּלִּים Sim. עַפְעַפִּים palpebræ.

גַּלְגֶּלֶת Sim. קַשְׂקֶשֶׂת ſquama.

גַּלְגַּל Sim. תַּעְתַּע plur. תַּעְתֻּעִים errores. שַׁעְשַׁע plur. שַׁעֲשֻׁעִים oblectationes. צַעְצַע ex quo natum plurale צַעֲצֻעִים lignea, pro צַעְצַעִים 2. Par. 3: 10. fecit Cherubinos opere lignario.

252 X. Unum eſt, in quo tertia tantùm repetitur: הִשְׁתַּחֲוָיָה incurvatio. 2. Reg. 5: 18.

XI. Quadratum eſt & מַטְאֲטֵא everriculum, à verbo טֵאטֵא id eſt, à luto purgavit, Jeſai. 14: 23. quod & ipſum derivatum eſt à nomine טִיט lutum.

XII.

XII. Quædam quinq; literarum nomina ſcribuntur, ut duæ dictiones. חֲפַר פֵּרוֹת Talpæ, pro חֲפַרְפֵּרוֹת Jeſa. 2: 20. פְּקַח־קוֹחַ omnimoda apertio. pro פְּקַח פְּקוֹחַ Jeſai. 61: 1. יְפֵה־פִיָּה omnium pulcerrima, pro יָפָה יְפִיָּה Jeſa. 46: 19. שִׁמְרוֹן מְרוֹן pro שִׁמְרוֹן הַשִּׁמְרוֹן cuſtodia cuſtodiæ. i. e. ſolicitiſſima cuſtodia. Urbis nomen. Joſ. 12: 20, 21. 253

CAPUT XI.

DE ÆMULIS NOMINUM PARTICULIS, ET PRONOMINE SEPARATO.

NOminibus accenſeri debent dictiones, quæ apud Hebræos conjunctionum, præpoſitionum adverbiorumque vices obtinent. Nam & ipſa nominum formas, numerum, ſyntaxin & figuram habent. Formas: ut טֶרֶם antequam, formæ כֶּרֶם vinea. עַתָּה jam, formæ fæmininæ גַּנָּה hortus. אֵת ipſum, vel, ſi liceret ita loqui, ipſitas, formæ בֵּן filius, עֵט ſtilus. מָתַי quando, formæ שָׂדַי ager. אֲזַי *tunc*, maſc. formæ דְּוַי languor. נֹכַח coram, formæ maſc. קֶרַח gelu. אָז *tunc*, formæ יָד manus. עוֹד adhuc, formæ אוֹת ſignum, ab אָתָה venit. עַד usq;, formæ דַּל. Sic פֹּה vel פֹּא hîc, natum ex integro פֵּאָה pro פְּאוֹת anguli, quod ſingularem habet פֵּאָה formæ fæm. גֵּאָה ſuperbia. הֲלוֹם hîc vel huc, formæ תְּהוֹם, הֲרוֹם & סְדֹם à the- 1

mate הָלָה unde etiam הָלְאָה ulterius, quod figuratum ex absoluto הָלְא pro הָלְה posito.
2 Habent Numerum & Syntaxin; ut בֵּין בֵּינוֹת inter. אֶל אֱלֵי ad, vel propinquitas. עַל super, superioritas, vel supernitas, ut ita dicam. מֵעַל הַמִּשְׁכָּן à superioritate tabernaculi. מֵעָלַי à superioritate mea. עָלֶיךָ super te. עַד עָדֶיךָ usque ad te. לְעֻמַּת & לְעֻמּוֹת è regione. עִם cum vel comitantia. מֵעִם שָׁאוּל à Saulo, vel, à comitantia Sauli. מֵעִמְּךָ à te, à comitantia vel vicinia tua. בֵּינֵיהֶם inter illos. אֵלֵינוּ ad nos. אַחַר אַחֲרֵי post. זוּלַת præter, זוּלָתִי præter me. בִּלְעָדֵי præterquam. לוּלֵי nisi. מִדֵּי בְּדֵי à, juxta. בַּעֲבוּר propterea quòd. מִפֹּה hinc, inde. מֵאַיִן unde? כְּאַיִן pene, tantùm non.
3 Habent deniq; figuram: ut לָמָּה vel לָמָה quare? כַּמָּה quot. בְּעַד pro. עָדֶן usque huc. כֵּן sic, pro כֹּהֵן secundùm ista. כְּמוֹ sicut. מַדּוּעַ quare? ex מַה־דּוּעַ quæ scientia? אֵיכָה vel אֵיכֹה ubi? אֵיכָכָה quando?

DE PRONOMINE.

Pronomen est vel separatum, vel inseparatum.

Separata Pronomina Singularia sunt:

4 אָנִי ego. commune.
אָנֹכִי ego. comm.
אַתָּ vel אַתָּה tu. m.
אַתְּ tu. fæm. 1. Reg. 14. 2. Reg. 4: 23. c 8: 1. cap. 4: 15. Vid. Arc. Keri. pag. 315. 317.
אַתִּי tu. fæmin.

הוּא

הוא ille, vel ipse.
היא vel הוא illa, vel ipsa.
זה hic, iste.
זה vel זאת hæc, ista.
זו vel זו hic, hæc, iste, a.

Pluralia.

נחנו vel אנחנו Nos. comm. אנו idem. Jerem. 42:6. vid. Arc. Keri. p. 289. 5
אתם vos. masc.
אתן vos. fæm. Cum ה paragogico אתנה.
הם ipsi, cum ה paragogico המה.
הן ipsæ, cum ה par. הנה.
אל illi, cum ה paragogico אלה.

אשר utriusque generis & numeri, notat *qui, quæ, quod*, & pluraliter, qui, quæ. 6

Interrogativa: מי quis, quæ, cujus? ut בת מי את filia cujus tu es? מה: מה: מה quod? quid?

DE INSEPARATIS PRONOMINIBUS, quæ etiam suffixa dicuntur, capite proximo de partiũ Orationis compositione agitur.

CAPUT XII.

DE FIGURA NOMINUM ET VERBORUM.

Summa.

Partes Verbi & Nominis componendæ. Partium componendarum vincula seu compagines. Earundem hypallage. Compositio particularum Mosche vecaleb. Compositio pronominum inseparatorum, quæ nomini, & inseparatorum, quæ verbo suffiguntur. De He locali. De literis ampliativis vocum, prosthеticis, epentheticis & paragogicis.

Omnia

1 Omnis dictio est vel Simplex vel Composita. In vocibus componendis spectari debent 1. Partes. 2. Partiũ vincula seu compages. 3. Partium hypallage. 4. Sonoritas vocum, propter quam in composito litera vel eliditur, vel abscinditur, vel aufertur, vel transponitur.

I. DE PARTIBUS COMPOSITI.

2 Componuntur partes tam in Verbis quàm in Nominibus juxta regulas Elisionis à nobis suo loco traditas, vel ex conjugatis vel ex non conjugatis vocibus.

DE COMPOSITIONE VERBORUM.

3 Ex conjugatis coeunt I. ejusdem temporis & conjugationis formæ. Sic ex mascul. & fæminea forma conjugationis Kal, יַעַמְדוּ & תַּעֲמֹדְנָה *stabunt*, coaluit יַעֲמֹדְנָה Dan. 8:22. יֵחַמְנָה coirent, conciperent, ex masculino יֵחַמוּ & fæminino תֵּחַמְנָה conciperent. Gen. 30: 38. יִשַּׁרְנָה rectà contendebant, ex mascul. וַיִּשַּׁרוּ & fæminino תִּשַּׁרְנָה 1. Sam. 6: 12.
4 Ex præterito & futuro Kal componuntur: תָּבֹאת venisses, futurũ est תָּבוֹא præteritum בָּאת 1. Sam. 25: 34. vid. Arcan. p. 105. אֶגְאַלְתִּי ex fut. אֶגְאַל
5 & præterito הִגְאַלְתִּי Jesai. 63: 3. Ex ejusdem futuri duplici forma natum תְּבוֹאֶינָה veniant. sc. initium est ex futuro quiescente Aleph תָּבֹאנָה finis ex
6 v̄bo quiescente He. Esth. 4: 4. Vid. Arc. p. 360. Infinitivus

nitivus Kal & Niphal הנדוף impelli, unus ex הנדף
alter ex נדף. Futurum Kal & Pihel, ירדוף persequa- 7.
tur, respondet enim duobus verbis ירדף & ירדף
persequetur. Psalm. 7: 5. ויידע ex ידע & יידע novit
notumque præbet, Psalm. 138: 6. Sic יפיפית factus 8
es pulcherrimus, conflatur ex יפית & יפית Psalm.
45: 3. ידעתי novi notumque feci, ex Kal, ידעתי
& Hiphil הודעתי 1. Sam. 21: 2. הלדת nasci, ex
לדת Infinitivo Kal, & הולד Infinitivo Hophal.
Ez. 16: 4. הפתית fatuum agito, ex Pihel & Hiphil
הפתית פתית Prov. 24: 28. Ex Niphal & Pyhal: 9
נמבזה contemtibile; Niphal est נבזה Pyhal מבזה
1. Sam. 15: 9. נגאלו fœdati sunt, ex נגאלו גאלו
præteritis Niphal & Pyhal, Thren. 4: 14.
נשתוה æqualis facta, id est נשוה ומשתוה
Proverbior. 27: 15. ex Niphal & Hithpahel, 10
נכפר expiatus est, pro נכפר התכפר Deut. 21: 8.
התגועשו concussi sunt, ex Hithpahel התגעשו &
Pyhal געשו Jer. 25: 16. מנאץ i. e. נואץ & מתנואץ 11
irritatus. Jes. 52: 5. Ex Hophal & Hithpahel: הכבס
lavari, i. e. הכבס והתכבס Levit. 13: 56. התפקדו
recensiti fuerunt, ex הפקדו præterito Hophal, &
התפקדו præterito Hithpahel. Num. 1: 47. Simile
הטמאה polluta est, ex הטמאה & הטמאה Deut.
24: 4. הדשנה compositum ex Hophal הדשנה
pinguefacta est, & Hithpahel, pinguem se præbuit.
In hoc verbo terminales literæ שנה communis
partium conjunctarum terminatio, in altera parte
ab-

abſciſſæ abſciſſionem retracto ad penultimam ac-
12 centu, inſinuant. Ex participio & præterito Hith-
paħel. מִשְׁתַּחֲוִיתֶם procumbentes vos exhibui-
ſtis, pro מִשְׁתַּחֲוִים הִשְׁתַּחֲוִיתֶם Ezech. 8: 16.
13 Ex participio & nomine coiverunt נִאשְׁאַר re-
liquus factus ex reliquiis, partes enim ſeparatæ ſunt
נִשְׁאַר שְׁאָר relictus-reliquiarum. Ezech. 9: 8. Fuit
percutientibus ipſis, quum reliquus - ex - reliquiis
eſſem ego, ut prociderem &c. Reliquiæ ſunt, de
quibus eodem verſu dicit: an perditurus es omnes
reliquias Iſraëlis? מְנֻזָּרִים conſtat participio
Hithpaħel & nomine plurali, מִתְנַזְּרֵי נְזָרִים ſe-
parati vel diſtincti coronis. Nach. 3: 17. מַמְּגֻרוֹת
conſtat duobus nominibus מְגֻרִים granaria &
מְגֻרוֹת promptuaria. Joel. 1: 17. מִבְדָּלוֹת *ſeparatæ*,
eſt Participium Hophal inſtructum punctis parti-
cipii Niphal, Jeſai. 16: 9. Simile, מְגֻבָּלוֹת *termi-
natæ*, pro מְגֻבָּלוֹת נִגְבָּלוֹת Exod. 28: 14. Ex no-
minibus collactaneis conflantur פִּיפִיּוֹת acies. פְּקַח־
קוֹחַ omnimoda apertio. גְּאֵיוֹנִים ſuperbiſſimi
ex גְּאֵי גְאוֹנִים Pſalm. 123: 4. יְפֵה־פִיָּה Jerem.
46: 20. Proprium urbis שִׁמְרוֹן מְראֹן i. e. vigilan-
14 tiſſima cuſtodia. Joſu. 12: 20. Ex non conjuga-
tis ſunt cognatæ originis idem vel affine quiddam
ſonantia verba: שׁוֹסַתִּי deprædatus ſum, componi-
tur ex שׁוֹסַסְתִּי & שַׁסֵּתִי verbo ſc. geminato & quie-
ſcente ultimâ He. Jeſa. 10: 13. תְּהִימֶנָה perſtre-
pent præ multitudine, coaluit ex תְּהֳמֶנָה futuro
verbi הוּם perſtrepere, & ex תְּהֳמֶינָה futuro ver-
bi

bi הָמֵן multiplicari. Mich. 2: 11. אַל־תּוֹסְףְּ ne addas cumulesve, ortum ex affinibus futuris תּוֹסֵף & תָּסֵף thasp. Prov. 30:6. תִּגְבְּהֶינָה exaltabunt se, compositum ex verbo integro תִּגְבַּהְנָה & ex diminuto תִּגְבֶּינָה Ezech. 16: 50. מְקַלְלַוְנִי maledicit & vilipendit me. Partes compositi sunt מְקַלֵּל maledicens, & מְקַלְוֶה vilipendens. Jerem. 15: 10. formæ participialis מְטַחֲוֶה unde venit constructum מְטַחֲוֵי Gen. 21: 16.

Ex non conjugatis diversæ significationis occurrunt: אֲסָעֲרֵם è formis futurorum אֶסָּה אֶסְעַר Tollam turbineque disjiciam eos. אֲסָעֲרֵם scriptum pro אֲסַעֲרֵם Tzere posito pro Chirec sequente Dages. Zachar. 7: 14. יַאֲהִיל pulcherrimè splendebit, ex futuris יָהִיל formæ יָשִׁים desolet, à radice הלל, & ex יָאֶה decebit, pulcher erit. רֻטֲפַשׁ i. e. רָטַב פָּשׁ madidus fuit, abundavit, madore abundavit. לִדְרִיוֹשׁ Ezr. 10: 16. compositum ex לִדְרוֹשׁ יָרוֹשׁ ad inquirendum & possidendum. Litera enim repetenda, ut in cæteris compositis, eliditur. כַּנְּלֹתְךָ i. e. כְּכַנּוֹתְךָ וְכַלּוֹתְךָ quum disposueris & absolveris. Jesa. 33: 1. כַּנּוֹת affine verbum כּוּן disponere, à quo deflexum viri vocabulum כְּנַנְיָה Cenanja, i. e. disposuit Dominus. 1. Par. 15: 22. qui etiam כְּנַנְיָהוּ Cenanjahu, 1. Par. 26: 29. & כְּנָנִי Cenáni, disposuit vel firmavit Deus. Nechem. 9: 4. Indidem venit כַּנּוֹ item כֵּן dispositio, basis, & כַּנָּה Vinea, seu Vr-tiarium.

tiarium, in quo vitis, quæ à Columella dicitur, ordinaria, i. e. ordine collocata, ad lineam directis ordinibus. Altera pars verbi כַּלּוֹת eſt abſolvere ex themate כָּלַל Forma utriusque כַּנּוֹת & כַּלּוֹת imitatur formas חַנּוֹת gratiam facere. שַׁמּוֹת deſolare. חַלּוֹת vulnerari. Pſalm. 77: 11. בְּעָזוֹר ex בְּאֶסֹר עֱזוֹר cum accingeret *robore* juvaretque. 1. Paral. 15: 26.

DE COMPOSITIONE NOMINUM.

16 Ex non conjugatis cognati ſenſus participiis פָּרֵד פָּרֵם i. e. ſeparatus, diviſus, exoritur nomen פַּרְדֵּס Paradiſus, i. e. ſepto ab aliis ſeparatus ac diviſus locus.

17 Ex nominibus non conjugatis junguntur ejusdem ſenſus nomina: רַפְסֹד cujus partes ſunt רֶפֶס רְכַד ſtratum inſtratũ. Hinc plur. רַפְסֹדוֹת rates. ſic חַרְצַב lorum, ex חֲרִיץ חֲצַב exciſum exciſi, ex bovillo ſcilicet corio.

18 Nomina ex nominibus aut verbis non conjugatis, diverſi autem ſenſus compoſita: אֲגַרְטָלִים pollubra, ex אֲגַר טַל quaſi dicas roris collectoria. אַרְגָּוָן purpura, ab אֲרַג deſiderium & גָּוָן colos, q. d. colorem ante alios deſideratum.

אֲבַטִּיחִים pepones, ex אָבָה הַטִּיחִים amant obductiones vel tegumenta, nimirum, ut à frigore & imbribus defendantur.

אֶלְגָּבִישׁ grando, ex אֶגֶל בִּישׁ gutta maligna ſive pernicioſa.

אַלְגּמִּים i. e. אֶגֶל גּמִּים gutta gummium.

אַלְמֻגִּים i. e. אֶגֶל מֻגִּים gutta liquefactorum.

אַרְגַּז i. e. אֶרֶן גַּז Arca vel capsa thesauraria.

אַרְגָּמָן Purpura, i. e. אֶרֶג אָמָן textum artificis, vel אַרְגַּם אָמָן Purpura artificis. Certè רֶגֶם purpuram interpretantur non contemnendi interpretes Kimchius & R. Levi, & in proprio רֶגֶם מֶלֶךְ purpuram Regis denotat. Zach. 7: 2.

בָּבֶל Babel, compositum ex בָּהּ בָּלַל in ea confudit, 19
scil. Deus. Gen. 11: 9.

בָּבַת nigrũ oculi, ex בָּהּ בַּת In ea est filia seu pupilla.

בְּלִיַּעַל i. e. בְּלִי־יַעַל in inane ascendit. ut Jobi 6: 18. dicitur יעלו בתוהו ascendunt in inane & pereunt. vel: בְּלִי יַעַל qui est sine ascensu, sine profectu.

בִּלְעֲדֵי præterquam quòd, ex בַּל & עֲדֵי formæ דְּנֵי Gen. 14: 24.

בְּדוֹלַח Unio, margaritum, ex בָּדוּל אָח separatus fratris, vel à fratre sejunctus.

גִּבְעוֹל Culmus à גָּבַהּ altitudo & עוֹלֶה ascendens. Surgunt in segetem culmi.

גַּלְמוּד i. e. גָּלוּ מְאוֹד Nudatus valde. Retectus nimiùm.

דּוּכִיפַת compositum à דָּכִי פַּת contusione fregit. Avis, quæ tundendo frangit arborem. Ein Baumhacker/ Picus arborarius.

דַּמֶּשֶׂק angulus. ex דַּם מֶשֶׂק cessatio discursitationis.

הֵילֵל Lucifer. ex הֵיל־לֵיל splendor noctis. לַיִל nox 20

etiam extra statum regiminis. Jes. 15: 1. & 21: 11.

זַלְעָפָה seu זִלְעָפָה procella. i. e. זִלְפָּה עָפָה Gutta volans. זִלְפָּה idem quod in Thalmude זְלַף.

חֶלְכָּה & חֵלְכָה ab חֵל virtus & כָּאָה attritus, quod formatum ad instar שְׁבָה pro quo legitur שְׁבָא Gen. 10: 28. Plur. חֵלְכָּאִים i. e. חֵל־כָּאִים viribus attriti. Psalm. 10: 8, 14.

חַלָּמִישׁ Silex, petra durissima. ex חָלָם מֵאִישׁ Solidum à viro, i. e. solidum, quod frangere aut cædere nemo queat.

חֲנָמַל Grando sæva & horrida, ex חֲנַן חֲמַל miserere! parce!

חַשְׁמַל fulguris vocabulum ex duobus compositum imperativis חַשׁ־חֲמַל festina! parce! Ezech. 1: 4. Vid. Onomast. S. p. 411.

חֲבַצֶּלֶת Lilium. ex חָבָה בְּצֶלֶת occulitur cepe, sive bulbus ejus. Bulbũ altissimè abscondit Ephemerũ non lethale, quòd vulgo dicitur, lilium convalliũ. בְּצֶלֶת fæmininum descendit à masculino בָּצָל. Cant. 2: 2. Ego sum Ephemeron Saronis, lilium convallium.

21 כַּפְתּוֹר deflexum à verbis כָּפוֹר כָּתוֹר tegere, cingere, designat supremum ædificii vel columnæ ornamentum. Vid. Onom. p. 411.

כַּרְפַּס i. e. כְּפַר פַּס velum, tegumentum. vid. Onom. l. c.

כִּילַי seu כֵּלַי tenax. à יָכִיל הַי seu יְכַל הַי continet rem.

מַמְזֵר i. e. מוּם זָר macula extranei, מוּם est pro מְאוּם

מְאֻם ut מוּם pro מְאוּם, utrumque finitur Mem intensivo. Extraneus dicitur pro scortatore, ut זָרָה pro scorto, ut נָכְרִי pro eodem.

סַרְפָּד i. e. סִיר פָּרֻד spina divisa. Vertitur Paliurus.

סַנְוֵרִים ex סְנֵי סֵרִים Rubi spinarum, vel spinæ ruborum. סְנֵי instar שָׁלֵו & סֵרִים pro סִירִים, ut רֵשׁ pro רִישׁ paupertas.

סְמָדַר Uva prima, quæ flore decidente apparet. Componitur ex סָמַר רַד horridum descendit.

סְנַפִּיר Pinna piscium, ex סְנֶה הַפְּאִיר spina rami, i. e. ramosa. Nominis פְּאִיר collactaneum est פֹּארָה ramus.

עַכָּבִישׁ i. e. עַכָּב בִּישׁ mora mala. Sic dicitur ara- 12
neus. Ijob 8: 14. Jesa. 59: 5.

עַכְשׁוּב aspis. עַכֵּב שׁוּב moratur seu impedit quietem, vel moratur in sede. שׁוּב collactaneum nominis שׁוּבָה residentia. Jesa. 30: 15.

עֲזָאזֵל compositum ex duobus vocabulis עֵז אָזַל caper abiturus. Levit. 16.

עַקְרָב Scorpio. i. e. עָקַר אָב exstirpans patrem. unde & Latinis dictus Nepa, i. e. necans patrem.

עֲרָפֶל i. e. עֲרַב אֹפֶל obscuritas caliginis, sive obscurissima caligo.

עַשְׁתָּרוֹת conflatur ex עֹשֶׁר עֲתָרוֹת divitiæ abundantiarum, sive opes abundè sufficientes.

עֲטַלֵּף vespertilio, qui scil. בַּעֲלָטָה יָעוּף in nocte vel caligine volitat.

פַּרְעֹשׁ pulex, à פְּרוֹעַ desistendo & פְּרוֹשׁ receden-

do. Is enim insidiantibus digitis sine mora punctu morsuque absistit, ac saluti suæ prospiciens recedit. Bocharto dicitur quasi פְּרַע בְּרַעַשׁ recedens aut effugiens saltu.

פַּרְשְׁדוֹן componitur ex פֶּרֶשׁ & שָׁדָה effudit. quasi dicas stercoris effusoriũ. Ipsum ה in פַּרְשְׁדֹנָה locale est, minimè pertinens ad substantiam nominis. Judic. 3:22.

פְּתִיגִיל vitta muliebris. ex פְּתִיל גָּלִיל contortum, convolutum.

פַּתְשֶׁגֶן exemplum, exemplar v. gr. scripti, ex פִּתַג שָׁנָה verbum repetitionis. פִּתַג idem censeo valere quod פִּתְגָּם nomine aucto ם litera intensiva seu multiplicativa.

צְפַרְדֵּעַ Rana, i. e. בְּצִפֹּר יֵדַע ex ungue noscetur.

צַנְתָּרוֹת i. e. צִנּוֹת תְּאָרוֹת scuta formarum, seu scutellæ formosæ, animantium florumque formis exornatæ.

23 שְׁדֵמָה i. e. שְׁדֵי אֲדָמָה ubera terræ; agri in uberum speciem sese attollentes. Pro שְׁדֵמָה usurpatum שְׁדֵפָה 2. Reg. 19:26. quod compositum ex שְׁדֵי שָׁפָה ubera loci eminentis. Vide Onom. Sacr. p. 413. & Arcan. Keth. p. 86.

שִׁלְשׁוֹם nudius tertius, pro שִׁלְשִׁיּוֹם ex forma שָׁלֵשׁ quasi dicas ternionem diei.

שֶׁנְהַבִּים Singulare compositum ex שֵׁן־הַבְּהִים. dens bestiæ vel elephanti. בְּהִים collactaneum τοῦ בְּהֵם unde est בְּהֵמָה. formam habet nominis פְּנִים interius.

שַׂרְעַפִּים

שַׂרְעַפִּים Sing. שַׂרְעָף cooritur ex שְׂרַע שָׂעַף vel סֶרַח שָׂעַף redundantia cogitationis. שַׂרְעַפִּים ramorum inſtar luxuriantes cogitationes.

שַׁעַטְנֵז i. e. שֶׁעָטָה זָן quod operit adulterinum, vel שַׂע אָטֵן זָן obductum filo meretricio ſeu peregrino. i. e. heterogeneo. Vid. Onom. Sacr. p. 412.

תַּלְפִּיּוֹת Armaria, tanquam ex תָּלֶה פִּיּוֹת q. d. Suſpenſorium acierum. i. e. telorum acutorum.

תּוֹתָח Balliſta, compoſitum ex אַחִי תְאוֹת Frater bubularum, i. e. ſimilis hoſtem proſternentibus bubalis.

II. DE PARTIUM COMPONENDARUM vinculo ſeu compage.

COMPAGES aut vinculum, quo in compoſitione 24
dictiones frequentius cohærent, ſunt puncta vocalia Chirek, Schurek, Scheva, & Makkeph. I. *Chirek*, ut in vocibus: אוּרִיאֵל ignis Dei ex אוּר ignis & אֵל Deus. Talia שַׁלְתִּיאֵל i. e. שְׁאֶלֶת אֵל petitio Dei. מַלְכִּיָּה Rex eſt Dominus. חֲזִיאֵל pro יֶחֱזֶה אֵל videbit Deus. דָּנִאֵל Judicat Deus, Ezech. 14: 14: & דָּנִיֵּאל Ezr. 8: 2. אֲחִטוּב 1. Sam. 14: 3. חֲמִיטַל Chamital. אֲבִישַׁי Abiſchaj. II. *Schurek*, ut קְמוּאֵל Kemuel. פְּנוּאֵל Penuel. חֲמוּטַל: שְׁבוּאֵל Chamutal. III. *Scheva*, ut אַבְנֵר Abner. אַבְשַׁי Abſchaj. Matthanja. Abſchalom. Habde'el. אֶלְדָּד Eldad. In adpellativis: מַאְפֵּלְיָה caligo Domini. אַכְזָר penitus averſus. שַׁלְהֶבֶתְיָה flamma Domini. חֶלְכָאִים viribus attriti. IV. מַלְכִּי־צֶדֶק Malkitſedek.

tsedek. אִישׁ־בֹּשֶׁת Ischboscheth. Thubal-Kajin. פְּקַח־קוֹחַ omnimoda apertio. יְפֵה־פִיָּה speciosissima. Plura de compagine dabit Onom. Sacr. p. 345. seqq.

III. De partium compositarum Hypallage.

25 Regens rectumque nomen in compositis non rarò transponuntur, ut יְהוֹשֶׁבַע pro שֶׁבַע יְהוָֹה Domini juramentum. quo nomine vocata filia Regis Joram. 2. Reg. 11: 2. quæ etiam dicta יְהוֹשַׁבְעַת pro שְׁבַעַת יְהוָֹה juramentum Domini, 2. Par. 22: 11. אֱלִישֶׁבַעַת Ἐλισάβετ, Dei juramentum. Luc. 1: 5, 7. & אֱלִישֶׁבַע conjux Aharonis. Exod. 6: 3. נִינְוֵה pro נְוֵה הַנִּין habitatio filii. הַמֹּלֶכֶת pro מֹלֶכֶת הָם regina multitudinis. 1. Par. 7: 18. אֶלְתּוֹלַד, i. e. תּוֹלַד־אֶל הִים Dei generatio. Jos. 15: 30. תּוֹתָח i. e. אָחִי תוֹת bubalus. Ijob 41: 20.

De literarum in compositis abolitione ac trajectione videatur suo loco.

DE COMPOSITIONE PARTICULARUM INITIALIUM CUM VERBO ET NOMINE.

26 PARTICULÆ INSEPARATÆ SUNT, quæ verbis aut nominibus præfixæ, præpositionum vel conjunctionum vicem explent.

Sunt

SUnt ejus generis elementa ſeptem, videlicet, 27
משה וכלב ſuis quæque punctis vocalibus animata.

I. מ ſignificat: A, AB, DE, EX, PRÆ. 28

I. Adſciſcit (.) ſequente Dages, ut מִבַּיִת ex domo.

II. Movetur per (..) ante ר vel gutturatam, ut מֵאוּר ex Ure. מֵאִישׁ præ viro.

III. Adſciſcit (·) etiam Dages non ſequente, ut מִרְדוֹף à proſequendo. מִהְיוֹת ab exiſtendo. מִבְּצִיר præ vindemia. Judic. 8: 2. מִלְאֹ▭ quàm natio. Gen. 25: 23.

IV. Adſciſcit (·) ante Joth ſchevandum, evaneſcente Scheva, ut מִימֵי à diebus. pro מִיְמֵי. Rariſſimè (:) retinetur, ut in מִיְשֵׁנֵי Dan. 12: 2. & in מִירֻשָּׁתְךָ 2. Par. 20: 11.

II. שׁ QUI, QUÆ, QUOD, UT, QUIA. 29

I. Præfigitur cum (‥) ſequente Dages, ut שֶׁלִּי qui eſt meus.

II. Rariùs cum (-) ſequente Dages, ut שַׁקַּמְתִּי quæ ſurrexi. Judic. 5: 17. שַׁלָּמָה Cant. 1: 7. שַׁדּוּן Job. 19: 29.

III. Bis cum (:) ut שְׁהוּא Eccl. 2. 22. שְׁ▭ Eccleſ. 3: 18.

Nota: Segol ſub litera שׁ ob extritum Dages non producitur, ut שֶׁאֲנִי quod ego.

III. ה demonſtrativum ſeu emphaticum ſervit pro articulo Græcorum, ὁ, ἡ, τό. 30

Præfigitur cum (-) ſequente Dages, ut הַמֶּלֶךְ rex, ὁ βασιλεύς.

II. Cum (-) ſine Dages 1. ante מ participiale. 2. ante Joth ſchevatum, quod non habet poſt ſe unam ex gutturalibus ה vel ע, ut הַיְלָדִים pueri, הַיְשׁוּעָה ſalus, הַיְאוֹר rivus. 3. Ante ה & ח, הַהִין τὸ ἐν. הַהֵיכָל & הַחַלּוֹן. Rariſſimè ante ע ut הַעִוְרִים cœci. 4. In הַלְוִיִּם ubique Lamed immune eſt à Dages.

III. Præfigitur per (-) ubi è ſequente litera Dages eliditur, ut הָעִבְרִים Hebræi.

IV. Per (..) vicarium Pathachi ante literas ה ח ע Kametzatas, ut הֶהָרִים montes. הֶחָכָם ſapiens. הֶעָרִים urbes. Rariùs ante ח chateph-cametz affectum, ut הֶחֳדָשִׁים Nechem. 10: 34.

31 Nota 1. in ה articulari plusquam vicies vim habet pronominis relativi, quando verbis præponitur, ut הַשָּׁבָה quæ redierat. Ruth. 1: 22. הַהִקְדִּישׁ qui ſanctificavit. הֶהָלְכוּא qui abierunt. Joſu. 10: 24. עַל הַהֵכִין הָאֱלֹהִים propter *illud*, *quod* paraverat Deus. 2. Par. 29: 36. וְהֶאֱזְנִיחוּ & qui rejecerunt amnes, exhaurient, & ſiccabunt rivos ductos aggeribus. Jeſa. 19: 6. Vid. Nold. p. 951. Annot. ad Conc. Partic. n. 1068. 2. Æquivalet interdum ה locali, ut הַשָּׂדֶה in agrum. Gen. 27: 3. הַשָּׁמַיִם in cœlum. Vid. Nold. Conc. p. 232.

Quibus nominibus præfigatur, & quomodo compoſitis gentilibus interponatur, videre eſt in Syntaxeos regulis.

IV.

IV. ה INTERROGATIVUM

I. Sub ſe habet chatephpathach, ut הֲיֵשׁ an 32
eſt? הֲרָאִיתָ annon vidiſti?

II. Habet (-) 1. cum ſequitur litera ſchevata cum Dages, ut הַלְּבֵן an filio? הַכְּמוֹת ergone ut moritur? 2. Sam. 3: 33. vel, quod fieri ſolet frequentius, absque Dages, ut הַלְהָרְגֵנִי num ad interficiendum me? הַכְזוֹנָה an ut ſcortum? 2. Habet (-) ante gutturalem non kametzatam הַאֹרַח an ſemita? הַאִישׁ an vir? הַעֵת an tempus? הַאַתָּה an tu? Gen. 27: 21.

III. Habet Kametz ante א loco Pathach in 33
הָאַתֶּם Judic. 6: 31. in הָאֱמֶת Geneſ. 42: 16. in הָאֶפְרָתִי Jud. 12. 5.

IV. Habet Segol ante gutturalem kametzatam loco Pathach, ut הֶאָנֹכִי an ego? pro הַאָנֹכִי.

Nota. Radicalibus Scheva carentibus He interrogativum Dages non imprimit. Errant igitur, qui ה Eccl. 3: 21. ſumunt interrogativè; & omnino ſequendi, qui ſic vertunt: Quis novit ſpiritum filiorum hominis, qui aſcendit ſurſum; & ſpiritum beſtiæ, qui deſcendit deorſum?

V. ה VOCATIVUM

Præfigitur per Pathach ſequente Da- 34
ges, ut הַדּוֹר ô generatio.

II. Per Segol vicarium ipſius Pathach. ut הֶאָמוּר ô qui diceris. Mich. 2:7.

VI. VAV eſt triplex: Copulativum, Con-

versivum Futuri, & Conversivum Præteriti.

35 Vav copulativum significat, ET, ETIAM, TUNC, AUT, ITAQUE, SED, QUIA, QUOD, PRÆTEREA &c.

Movetur per (:) ut וְדֶרֶךְ & via. וְיִשְׂמְחוּ & lætentur.

II. Movetur per (וּ) 1. si alterũ sequatur Scheva, וּקְרָב & præliũ. vel per chatephatam sub non gutturali. v. gr. וּצְעָקִי Utzħáki, & clama. Jer. 22: 20. 2. Ante labialem וּפֶה & os.

III. Ante Chatephatam gutturatæ per similem mediocrem, v. gr. per (-) ante (-:) ut וַאֲדוֹן & Dominus, & contractis punctis בַּאדֹנָי in Domino. vel per (·) ante (·:) ut וֶאֱמוֹר *& dic*, & contractis vocalibus cognatis per (··) ut בֵּאלֹהִים in Deo. denique per Kametzchatuph ante (·:) וָחֳלִי & invaletudo.

IV. Per Pathach ante (-:) concisum, ut וַעֲיָרִים & pulli. Gen. 32: 15.

36 Notandum I. quod Vav non est disjunctivum, quando in apodosi reperitur, ut Gen. 28: 21, 22. 1. Sam. 1: 11. Jud. 11: 31. Erit illud Domini, & offeram illud in holocaustum.

Notand. II. quòd Vav schevatum elidit post se literam Joth per (.) mobilem, & elisæ punctum sibi arrogat, ut וִילְלַת & ululatus, pro וִילְלַת secundum lectionem Ben Ascher. Jer. 25: 36. לִיקְהַת pro לִיקְּהַת Prov. 30. כִּיתְרוֹן pro כְּיִתְרוֹן qualis est præstantia.

No-

Notandum III. Vav proximum ante accentus Dominos, pro Scheva postulat Kamets, ut וָפֶלֶא & mirabile. Jesai. 29: 14. יוֹמָם וָלַיְלָה interdiu ac noctu. תֹּהוּ וָבֹהוּ inane & vacuum, פַּחַד וָפַחַת וָפָח formido, & fovea, & laqueus. וְקֹר וָחֹם וְקַיִץ וָחֹרֶף & frigus & æstus, & æstas & hyems. וָחָיָה & viva esto. Exod. 1: 16. וָמֵתוּ & morientur. Gen. 33: 13. וָשָׁב & revertatur. Jesa. 6: 10.

Notandum IV. Si monosyllabus Infinitivus sumatur pro Imperativo, Vav retinet suum Scheva, ut Jerem. 3: 1. וְשׁוּב & revertere.

VII. Vav conversivum Præteriti in Futurum, præfigitur I. per (:) tono ferè in ultimam dejecto, ut וְאָמַרְתָּ & dices וְהִשְׁתַּחֲוֵיתִי & incurvatum me præbuero. 2. Reg. 5: 18. 37

II. Per (.) ante Scheva mutum, ut וִהְיִיתֶם *& eritis*, vel per analogum Segol, ut וֶחָיָה & vives.

II. Per (-) ante (-:) ut וַאֲמַרְתֶּם ac dicetis.

III. Per (ו) ante Scheva & labiatas. וּשְׁמַרְתֶּם & custodietis.

Nota 1. Vav præteriti significationem non convertit, nisi præcesserit futurum, ut יַעֲזָב־אִישׁ אֶת־ אָבִיו וְאֶת־אִמּוֹ וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ *Relinquet* vir parentes suos *& adhærebit* uxori suæ. 38

Nota 2. Verba quorum tertia radicalis est א, in præterito Kal accentum suo loco retinent, ut וְקָרָאתָ & clamabis, non וְקָרָאתָ Deut. 20: 19. וְנָשָׂאתִי & parcam. Gen. 18: 26.

VIII.

39 VIII. VAV converſivum Futuri in Præteritũ 1. ſcribitur per Pathach, ſequente Dages, retracto in penultimam conjunctivo vel minoris diſtinctionis accentu. v. gr. וַיֹּאמֶר & dixit, ex abſoluto יֹאמַר dicet. 2. Scribitur per (ָ) ob ejectum Dages, ut וָאֹמַר & dixi.

40 Sciendum, quòd Syllaba ad quam retrahitur accentus, neque inchoari debeat ab א ſervili, neque in radicalem א terminari. Ea enim conditione Vav præfixo, ultimæ accentus manſerit, ut וָאוֹלֵךְ & duxi. וָאָקוּם & ſurrexi. וַיָּבוֹא & venit. Neque hinc excipiendum וַיֵּצֵא קַיִן Gen. 4: 16. cauſa enim retracti accentus non eſt Vav, ſed colliſio accentuum, qua ceſſante ſcribitur וַיֵּצֵא ut Gen. 8: 7. וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוֹב. De apocope, quam propter Vav converſivum Præteriti & Futuri patiuntur verba, videatur ſuo loco.

41 IX. כ SICUT, SECUNDUM, CIRCA, CIRCITER, POST, POSTQUAM, I. movetur per Scheva, ut כְּעֵץ ſicut lignum.

II. Duobus Schevajim concurrentibus movetur per (ִ) ut כִּסְדֹם ut Sodom, pro כְּסְדֹם. Si Joth ſequitur ſchevatum, Scheva ipſius Joth evaneſcit, ut כִּימֵי ſicut diebus, pro כְּיְמֵי Si Joth ſequitur chirekatum, Chirek in locum præcedentis Scheva rejicitur, ut כִּיתְרוֹן pro כְּיִתְרוֹן Eccl. 2: 13.

III. Ante raptam ſeu chatephatam vel movetur per ſimilem affinem, ut כַּאֲרִי ſicut leo. כֶּאֱכוֹל poſt edere. כָּאֳנִיּוֹת Prov. 31: 14.

14. vel contractis punctis affinibus כַּאדֹנָי pro כַּאֲדֹנָי: כֵּאלֹהִים pro כֵּאֱלֹהִים cum Deo.

IV. Per (-) Kamets, aut (·) quando succedit in locum exclusi ה ut כַּיּוֹם pro כְּהַיּוֹם sicut hoc die. כָּעֵץ sicut arbor. כֶּעָשָׁן sicut fumus.

V. Movetur etiam per (ֶ) in vicinia toni, ut כָּזֶה talis, כָּהֵנָּה tales.

X. ל AD, JUXTA, PROPTER significat 42
etiam Dativū &c. Præfigitur I. per Scheva, ut לְקוֹל ad vocem.

II. Ante socium Scheva per (.) ut לִשְׁלֹמֹה ad Solomonem, vel Solomoni. Sub Joth litera Scheva post Chirek evanescit, ut לִידִידִי dilecto meo pro לִיְדִידִי.

III. Ante chatephatam pro Scheva recipit affinem, לַאֲלָפִים super millia. לֶאֱחֹז ad apprehendendum, לָחֳדָשִׁים per menses. Ezechiel. 47: 12. לָחֳלִי morbo. Contractis affinibus punctis ל sociatur cū (-) ut לַאדֹנָי Domino pro לַאֲדֹנָי & לֵאלֹהִים Deo, pro לֶאֱלֹהִים & לֵאמֹר dicendo pro לֶאֱמֹר.

IV. Scribitur cum (-) vel (ֶ) quando succedit in locum exclusi ה ut לַכֶּסֶף ex argento pro לְהַכֶּסֶף. Sic לָאוֹר ad lucem pro לְהָאוֹר.

V. Sæpius ante vocem parvam aut penacutam habet Kamets, ut לָכֵן ideo. לָבוֹן ad intelligendum. לָבֶטַח in securitate. לָעָם Judic. 8: 5. Psalm. 72: 3. Jerem. 48; 42. &c. pro לְעָם ut sæpe alias.

XI.

43 XI. בּ IN, CUM, PER, PRO, PROPE, CONTRA. Præfigitur I. per (:) ut בְּרוֹב in multitudine.

II. Ante ſocium Scheva mutatur in (ִ) ut בִּשְׁמִי in nomine meo. Si Joth ſequitur ſchevatum, Scheva τοῦ Joth evaneſcit, ut בִּיהוּדָה pro בִּיְהוּדָה.

III. Ante chatephatam vertitur (:) in affinem, ut בַּעֲלוֹת pro בְּעֲלוֹת in aſcendere. בֶּאֱמֹר in dicendo. בֶּאֱמֶת in veritate. בַּחֲרִי in æſtu.

IV. Beth movetur per (-) Kamets, vel (ּ) quando ſuccedit in locum excluſi ה, ut בַּקִּיר in pariete. בַּעֱלִי piſtillo, pro בְּהַעֱלִי. Prov. 27: 22. בָּעִיר in urbe, pro בְּהָעִיר Gen. 19: 12. בֶּעָנָן in nube pro בְּהֶעָנָן Gen. 9: 13.

Quum abſque punctorum mentione literarum ſervilium natura minus commodè explicaretur, punctorum literis Moſche vecaleb adjunctorum varietatem, hoc etiam, licet alieno, loco, neceſſe habui tradere.

DE COMPOSITIONE PRONOMINUM INSEPARATORUM, QUÆ NOMINIBUS ET PARTICIPIIS SUFFIGUNTUR.

44 ִי. hoc eſt, Joth præcedente Chirek, ut שִׁירִי canticum meum. מִקְנִי poſſeſſio mea. Participia: חֹרְפִי probro afficiens me. שֹׁלְחִי mittens me. מֹצְאִי inveniens me. רֹאִי videns me. עֹשֵׂנִי cum נִי verbali, faciens

ciens me. Job. 32: 22. רֹאָנִי videns me,
Kametz loco Pathach ob accentum Sa-
kephcaton, Pathach autem loco Tsere.

ַי i.e. Joth præcedente Pathach שִׁירַי cantica
mea. מַעֲשַׂי opera mea. Participium, רֹאַי
videntes me. Psalm. 31: 12.

ֵנוּ i.e. נו præcedente Tzere. שִׁירֵנוּ canticum 45
nostrum. מַעֲשֵׂנוּ opus nostrum. מִקְנֵנוּ
pecus nostrum. Pro קִימֵנוּ venit קִימָנוּ
substantia nostra. Job. 22: 20.

ֵינוּ ut שִׁירֵינוּ cantica nostra. מַעֲשֵׂינוּ opera
nostra.

ְךָ ut שִׁירְךָ canticum tuum, ô vir. מִקְנְךָ pecus 46
tuum. שָׂדְךָ ager tuus. Participia: אֹסִפְךָ
colligens te. 2. Reg. 22: 20. אֹיִבְךָ odio
habens te. 2. Sam. 4: 8. אֹהַבְךָ diligens
te. 2. Par. 30:7. גֹּאַלְךָ redimens te. Je-
sa. 48: 17. בֹּרַאֲךָ creans te. Jesa. 43: 1.
שֹׁלַחֲךָ mittens te. 1. Sam. 21: 2. עֹנֶךָּ
respondens tibi. Job. 5: 1.

ֵךְ ut שִׁירֵךְ Canticum tuum, ô fæmina.

ֶיךָ ut שִׁירֶיךָ Cantica tua, masc. מַעֲשֶׂיךָ opera 47
tua. מִקְנֶיךָ pecora tua. Particip. קָמֶיךָ ob-
versantes tibi. Exod. 15:7.

ַיִךְ ut שִׁירַיִךְ Cantica tua, ô fæmina. Particip.
צֹפַיִךְ speculatorum tuorum. מְעַנַּיִךְ affli-
gentes te. קֹרְאֹתַיִךְ accidentia tibi. Jesa.
51: 19. Construitur cum singulari: ut
וְנוּתַיִךְ

זְנוּתָיִךְ scortatione tua. Jer. 3: 2. עֲצָתַיִךְ
consilium tuum. Jesa. 47: 13.
48 כֶם ut שִׁירְכֶם Canticum vestrum viri, רַגְלְכֶם
pes vester. פִּרְיְכֶם fructus vester. Partici-
pium, גֹּאַלְכֶם redimens vos. Jesa. 43:
14. Sine Scheva post Chirek אֲבִיכֶם
pater vester.
יכֶם ut שִׁירֵיכֶם Cantica vestra, viri. מַעֲשֵׂיכֶם
opera vestra. Construitur cum singulari
זְנוּתֵיכֶם scortatio vestra. Num. 14: 33.
יכֶן ut שִׁירֵיכֶן Cantica vestra, fœminæ.
49 ו ut שִׁירוֹ Canticum ejus. שֵׂיו pecus suum.
Deuter. 22: 1. עֶדְיוֹ os ejus. חָלְיוֹ morbus
ejus. יָפְיוֹ pulcritudo ejus. Zach. 9:17. Vav
mobile sine cholem: פִּיו os ejus. אָבִיו pater
ejus. אָחִיו frater ejus. Participia: מוֹצְאוֹ
inveniens eum. מְקַדְּשׁוֹ sanctifico eum.
Lev. 21: 15. הָעֹשׂוֹ qui fecit eum. Job.
40: 14.
50 הֹ ut שִׁירֹה canticū ejus. m. עִירֹה pullus ejus.
סוּתֹה operimentum ejus. Gen. 49: 11.
שִׁילֹה ex integro שְׁאִילֹה petitus ejus,
ibid. vs. 10. הֹדֹה gloria ejus. Jer. 22: 18.
51 הּ שִׁירָהּ canticum ejus. f. פִּרְיָהּ fructus ejus. In-
terdum sine Mappic עֻזָּה fortitudo ejus.
מִבְטֶחָה fiducia ejus. Prov. 21: 22. שְׂעָרָה
Levit. 13: 4.
הָ ut שָׂדָהָ Ager ejus. fæm. מִקְנָהָ possessio ejus.
fæm.

fæm. Huc refer פִּיהָ os ejus. אָבִיהָ pater ej⁹.

ֵהוּ ut עָלֵהוּ folium ejus, mascul. מִקְנֵהוּ pe- 52
cus ejus. שֵׂיֵהוּ pecus suum. 1. Sam. 14:
34. Participium: בּוֹזֵהוּ spernens eum.
quod imitatur גִבּוֹרֵהוּ Fortis ejus. Nach.
2: 3. Chirec vocali terminata Tzere
non indigent, ut אָבִיהוּ pater ejus.
פִּיהוּ os ejus.

ֶהֶם ut לְכֻלֶּהֶם pro quo propter accentum 53
Athnach retractum legitur לְכֻלָּהֶם
omnibus illis. 2. Sam. 25: 6. פִּרְיֶהֶם fru-
ctus eorum. אֲבִיהֶם pater eorum. Pro
פִּיהֶם Psalm. 73: 9. legitur פִּימוֹ ore
suo. Psalm. 17: 10.

ֶהֶן ut לִבְּהֶן cor earum. פִּרְיָהֶן fructus earum.

ָם ut שִׁירָם canticum eorum. קוֹלָם vox 54
eorum. אֵינָם nihil eorum est: vel non
sunt. פֶּחָם dux eorum. Nachum. 5: 14.
Construitur etiam cum plurali אֲבוֹתָם
patres eorum.

ָמוֹ ut פִּרְיָמוֹ fructus eorum. Psalm. 21: 11.

ָן ut שִׁירָן cantica earum. Semel est לִבָּן cor
earum. cum ה paragogico כֻּלָּנָה omnia
hæc. Gen. 42. 36. cum Nun epentheti-
co לְכֻלָּהֶנָה omnibus ipsis. 1. Reg. 7: 37.
בְּתוֹכֵהֶנָה in medio earum. Ezech. 16:
53. Dissimile קִרְבֶּנָה venter istarum,
cum Segol, Gen. 41: 21.

Suffixa Pluralibus masculinis.

55 ־ֵינוּ ut שִׁירֵינוּ cantica nostra. צָרֵינוּ hostes nostri.

56 ־ֶיךָ ut שִׁירֶיךָ cantica tua, vir. צָרֶיךָ hostes tui.

57 ־ַיִךְ ut שִׁירַיִךְ cantica tua, fæmina.

58 ־ָיו ut שִׁירָיו cantica ejus, viri. Partic. אֹכְלָיו comedentes ipsum. Jerem. 2: 3. קֹרְאָיו invocantibus eum. Sine Joth pluralitatis indice, יַחְדָּו pariter. חַיָּו vita ejus. Eccl. 5: 17. Particip. לְקֹוָו exspectantibus ejus. Thr. 3: 25.

59 ־ֶיהָ ut שִׁירֶיהָ cantica ejus, fæminæ. עָלֶיהָ folia ejus. Particip. אֹכְלֶיהָ comedentes illud: Eccl. 5: 10. קְרֻאֶיהָ invitati ejus.

60 ־ֵיכֶם ut שִׁירֵיכֶם cantica vestra, viri.

־ֵיכֶן ut שִׁירֵיכֶן cantica vestra, fæminæ.

61 ־ֵיהֶם ut שִׁירֵיהֶם cantica eorum. Participium עֹשֵׂיהֶם facientes ea.

־ֵיהֶן ut שִׁירֵיהֶן cantica earum. צָרֵיהֶן hostes earum.

62 ־ֵימוֹ ut אֵינֵימוֹ non sunt: nihil eorum est. Psalm. 73: 5. & sine pluralitatis nota וְאֵינֵמוֹ ut non sint. Psalm. 59: 14.

Suffixa singularibus Fæmininis.

־ִי ut שִׁירָתִי canticum meum. צִדְקָתִי justitia mea.

־ֵנוּ ut שִׁירָתֵנוּ canticum nostrum. צִדְקָתֵנוּ justitia

tia nostra. Ipsum verò מוֹרַעְתָּנוּ cognatio nostra, cum sit participium, præteriti more suffixum adsciscit. Ruth. 3: 2.

ךָ ut שִׁירָתְךָ canticum tuum, vir. צִדְקָתְךָ Ju- 65
stitia tua, ô vir. מְבַעִתְךָ ex eo natum מְבַעֶתְךָ perturbans te, absolutum est מְבַעֶתֶת 1. Sam. 16: 15. Construitur suffixum hoc cum plurali in מַכּוֹתְךָ plagas tuas. Deut. 28: 59.

ךְ ut שִׁירָתֵךְ canticum tuum, fæmina. צִדְקָתֵךְ 66
justitia tua.

כֶם ut שִׁירַתְכֶם canticum tuum, mas. 67

כֶן ut שִׁירַתְכֶן canticum tuum, fæmina.

וֹ ut שִׁירָתוֹ canticum ejus, mascul. צִדְקָתוֹ
justitia ejus. Participium יוֹעַצְתּוֹ consu- 68
lens ei. 2. Par. 22: 3.

ה ut שִׁירָתֹה canticum ejus, viri. תְּבוּאָתֹה proventus ejus. Jerem. 2: 3.

הּ ut שִׁירָתָהּ canticum ejus, fæminæ. 69

הֶם ut שִׁירָתְהֶם canticum eorum. 70

הֶן ut שִׁירָתְהֶן canticum earum.

Suffixa pluralibus Fæmininis.

ַי ut in שִׁירוֹתַי cantica mea, צִדְקוֹתַי justitiæ 71
meæ.

ֵינוּ ut שִׁירוֹתֵינוּ cantica nostra, צִדְקוֹתֵינוּ justi- 72
tiæ nostræ.

ֶיךָ ut שִׁירוֹתֶיךָ cantica tua, mas. צִדְקוֹתֶיךָ ju- 73
stitiæ tuæ, masc.

74 ַיִךְ ut שִׁירוֹתַיִךְ cantica tua, fæmina. צִדְקוֹתַיִךְ juſtitiæ tuæ.

75 ֵיכֶם ut שִׁירוֹתֵיכֶם cantica veſtra. צִדְקוֹתֵיכֶם juſtitiæ veſtræ, maſc. נַפְשׁוֹתֵיכֶם animæ veſtræ, mares. תְּפוּצוֹתֵיכֶם diſperſiones veſtræ.

ֵיכֶן ut שִׁירוֹתֵיכֶן cantica veſtra, fæminæ.

76 ָיו ut שִׁירוֹתָיו cantica ejus. צִדְקוֹתָיו juſtitiæ ejus, viri.

77 ֶיהָ ut שִׁירוֹתֶיהָ cantica ejus. fæm. צִדְקוֹתֶיהָ juſtitiæ ejus.

78 ָם ut שִׁירוֹתָם cantica eorum. נַפְשׁוֹתָם animæ eorum. חַרְבוֹתָם gladii eorum.

ָן ut שִׁירוֹתָן cantica earum.

79 ֵימוֹ ut שִׁירוֹתֵימוֹ cantica eorum. מוֹסְרוֹתֵימוֹ vincula eorum.

EXEMPLA SERVILIUM

Separabilibus particulis ſuffixarum.

I. Formis ſingularibus ſuffixæ.

80 ִי עִמִּי mecum. אִתִּי idem. אוֹתִי me. בֵּינִי inter me. מֶנִּי vel מִנִּי à me. Pſalm. 18: ỷſ. 23. & Mem interjecto מִמֶּנִּי à me. בַּעֲדִי pro me. ex abſoluto בְּעַד pro, circa, per. לְמַעֲנִי propter me. בִּלְתִּי præter me.

81 ִי pagagogicũ in מִנִּי בֶטֶן ab utero. מִנִּי אַשּׁוּר ab Aſſyrio. Mich. 7: 12.

ְנִי

נִי ut תַּחְתֵּנִי sub me. 2. Sam. 22: 37: 40. 48. 82
בַּעֲדֵנִי circa me.

נוּ ut עִמָּנוּ & אִתָּנוּ nobiscum. אוֹתָנוּ nos. 83

נוּ ut בַּעֲדֵנוּ pro nobis.

נוּ ut מִמֶּנּוּ ex nobis, compositum ex מִן מִנֵהוּ

ךָ ut עִמְּךָ tecum. אִתְּךָ tecum. אוֹתְךָ te. בֵּינְךָ 84
inter te. בַּעַדְךָ pro te. לְמַעַנְךָ propter
te. בִּלְתְּךָ præter te. בַּעֲבוּרְךָ propter te.

ךְ ut עִמָּךְ tecum. si fæminam alloquimur.
Gen. 30: 15. אוֹתָךְ te. 2. Sam. 14: 18.
אֹתָךְ Ezech. 16: 4. Vid. Nold. Conc. p.
126. & 741.

ךְ ut בַּעֲדֵךְ pro te, בַּעֲבוּרֵךְ propter te, si ad
fæm. dirigitur sermo.

כֶם ut בַּעַדְכֶם pro vobis. לְמַעַנְכֶם propter 85
vos. מִמְּכֶם & מִכֶּם à vobis. אֶתְכֶם

כֶן ut אֶתְכֶן vos fæminas. (vos.

כֶם ut עִמָּכֶם vobiscum viri. suffixum fæm.
עִמָּכֶן vobiscum fæm.

וֹ ut עִמּוֹ cum eo. בֵּינוֹ inter ipsum. אִתּוֹ, se- 86
mel אוֹתוֹ, cum eo. בַּעֲדוֹ circa eum, vel,
pro eo.

הוּ ut, מִנֵּהוּ ex eo. Psalm. 68: 24. 87

הוּ ut מֶנְהוּ ex ipso. Ijob 4: 12.

הּ ut עִמָּהּ cum ea. בַּעֲדָהּ pro ea. בַּעֲבוּרָהּ 88
propter eam.

נָּה ut מִמֶּנָּה ex ea. Gen. 16; 2. תַּחְתֶּנָּה pro ea,
vel loco ejus. Gen. 2: 21.

89 הֶם ; ut אִתְּהֶם cum illis, viris. rarius eodem significatu dictum אוֹתְהֶם. Sic מִנְּהֶם ab eis.

90 הֶן ; ut אֶתְהֶן eas. לְבַדְּהֶן seorsum illæ.

הֶן ut עִמָּהֶן cum illis fæminis.

ם ut עִמָּם cum eis. אוֹתָם eos, vel, cum eis. אִתָּם cum illis. תַּחְתָּם pro illis 1. Reg. 14: 27. בַּעֲדָם pro eis. בַּעֲבוּרָם propter eos.

II. Pluralibus formis suffixa.

91 י ut עָלַי super me. אֵלַי ad me. אַחֲרַי post me. תַּחְתַּי infra me. עָדַי ad me.

92 נוּ ut עָלֵינוּ super nos. אֵלֵינוּ ad nos. בֵּינֵינוּ & בֵּינוֹתֵינוּ inter nos. אַחֲרֵינוּ post nos. תַּחְתֵּינוּ sub nobis. עוֹדֵינוּ adhuc nos. Thren. 4: 17. Vid. Arc. Keri p. 75. coll. p. 343.

93 יךָ ut עָלֶיךָ super te. אֵלֶיךָ ad te. בֵּינֶיךָ inter te. אַחֲרֶיךָ post te. תַּחְתֶּיךָ in te. Hobadj. ℣s. 7. עָדֶיךָ ad te.

יִךְ ut עָלַיִךְ super te. אֵלַיִךְ ad te. בֵּינַיִךְ inter te. אַחֲרַיִךְ post te.

94 יכֶם ut עֲלֵיכֶם super vos, m. אֲלֵיכֶם ad vos. בֵּינֵיכֶם inter vos. אִתְּכֶם vobiscum. אַחֲרֵיכֶם post vos. תַּחְתֵּיכֶם pro vobis. עֲדֵיכֶם ad vos. Job. 32: 12.

יכֶן

יכֶן ut עֲלֵיכֶן super vos, f. אֲלֵיכֶן ad vos. בֵּינֵיכֶן inter vos.

יו ut עָלָיו super eum. אֵלָיו ad eum. בֵּינָיו vel 95
בֵּינוֹ inter ipsum. Josu. 3: 4. & 8: 11.
אַחֲרָיו & אַחֲרוֹ sine Joth, post ipsum.
תַּחְתָּיו & תַּחְתּוֹ sub eo, vel, loco ejus.
עָדָיו ad eum.

יהָ ut עָלֶיהָ super eam. אֵלֶיהָ ad eam. אַחֲרֶיהָ 96
post eam. תַּחְתֶּיהָ sub ipsa. עָדֶיהָ usque ad illud.

יהֶם ut עֲלֵיהֶם super eos. אֲלֵיהֶם sive אֲלֵהֶם 97
ad eos בֵּינֵיהֶם inter illos. אַחֲרֵיהֶם post eos. עֲדֵיהֶם ad illos. 2. Reg. 9: 18.

יהֶן ut עֲלֵיהֶן super eas. אֲלֵיהֶן ad eas. Ruth 1: 20. אַחֲרֵיהֶן post eas. Ruth. 2: 9.

ם ut בֵּינוֹתָם inter eos. 98

ימוֹ ut עָלֵימוֹ super eos. אֵלֵימוֹ ad eos. 99

Præfixis contiguè suffixa.

י ut בִּי in me, à me, apud me, contra me, per 100
me, לִי me, mihi, pro me, ad me, apud me, de me.

נוּ ut בָּנוּ in nobis, contra nos, inter nos, per 101
nos. לָנוּ ad nos, nobis, pro nobis, nobiscum. כָּמוֹנוּ sicut nos.

ךָ ut בְּךָ in te. contra te. tecum. per te. 102
מִמְּךָ à te. Gen. 17: 6. præ te. cis te; in pausa est מִמֶּךָּ à te. Gen. 35: 11. כָּמוֹךָ sicut

 tu.

tu. Gen. 41:39. & כָּמוֹכָה cum ה paragogico. Exod. 15:11.

ךָ ut בְּךָ in te. contra te. de te. per te. מִמְּךָ à te. Gen. 30:2. Esai. 29:11. præ te. Ezech. 16:46.

103 כֶם ut בָּכֶם in vobis. contra vos. coram vobis. inter vos. לָכֶם vobis. contra vos. coram vobis. pro vobis. כָּכֶם sicut vos. Num. 15:15. Deut. 1:11. Josu. 1:15. מִכֶּם à vobis. ex vobis. inter vos. infra vos. כְּמוֹכֶם sicut vos. Ijob 12:3.

כֶן ut לָכֶן vel לָכֵנָה vobis fæminis, cum ה paragogico. Ezech. 13:18.

104 וֹ ut בּוֹ in eo. in eum. contra eum. cum eo. per eum. לוֹ ei. eum. contra eum. ad illud.

הֹ ut כֹּה i. e. ex כְּ & הֹ secundùm id. Sic, ita.

105 נּוּ ut מִמֶּנּוּ Ab eo. ex eo. à nobis. ex nobis. præ nobis.

106 הּ ut בָּהּ in eâ. contra eam. in eam. per eam. לָהּ ei. contra eam. pro ea. super eam. מִמֶּנָּה ubique sine Mappic: ab eâ. ex eâ. præ eâ.

הָ ut כָּמוֹהָ sicut illa. Zachar. 5:3. Similis ei, Exod. 30:38.

107 הֶם ut בָּהֶם in eis. ab eis. contra eos. in eos. per illos. לָהֶם eis. ad eos. cum eis. pro eis. propter eos. מֵהֶם ab eis. ex eis. magis quàm illi. כְּמוֹהֶם sicut illi. similes illis. tales illi.

הֶן

הֶן ut בָּהֶן In eis. Gen. 30: 37. Levit. 14: 40. 108
לָהֶן Eis. Gen. 19: 8. & 26: 18. & 31: 5.

הֵן ut בָּהֵן fæm. in eis. Gen. 19: 29. Levit. 10: 1. Num. 16: 7. מֵהֵן magis quàm illæ. Ezech. 16: 47. 52. לָהֵנָּה Ad illas, cum ה paragogico. Ezech. 42: 9. hinc. inde. cum ה locali. Ezech. 1: 23.

ם ut בָּם In eis. Ad eos. Contra eos. Cum 109
eis. De eis.

מוֹ ut לָמוֹ Eis. Et ſingulariter: Ei. Gen. 9: 26. 110
Eſai. 44: 15. & 53: 8. Pſalm. 73: 10. Diſcrepat לָמוֹ Ad. Job. 21: 29. & 38: 40. & 40: 3. cujus ultima nec pronomen eſt, nec pronomen admittit.

SUFFIXA VERBORUM.

SUffixum adhæret verbo præcedenti vel per propriam vel per alienam verbi terminativam, 111
vel per literæ Nun epentheticæ vel He paragogicæ vocalem.

Suffixa primæ perſonæ Singularia.

נִי ME. 1. Nunc per Pathach, nunc per Tzere, 112
vocales ſuas, connectitur verbo: ut הִכַּנִי percuſſit me. תִּרְאֵנִי videbit me. יִסְּרַנִי erudivit me שְׁמָעֵנִי exaudi me. תְּצוּדֵנִי venaris me. הִכְעִיסֻנִי ad iram provocando me. 2. Per vocalem, quâ verbum finitur, alienam: nempe per Chirek, ut יְלִדְתִּנִי peperiſti me. per Schurek, שְׁמָעוּנִי audite me. per Kibbuts תְּשִׂימֻנִי ponatis me. per

Scheva literæ ת servilis, יֶחֱמַתְנִי concepit me; vel literæ Nun epentheticæ, יְכַבְּדָנְנִי honorabit me. יְשַׁחֲרֻנְנִי mane quærent me. Prov. 1:28.

Suffixum plurale primæ Personæ.

113 נו NOS. 1. Per vocales suas Kamets vel Tzere suffigitur, ut הִצִּילָנוּ eripuit nos. הֲדִמָּנוּ silere fecit nos. יַכִּירֵנוּ agnoscit nos. הוֹרַדְתָּנוּ demisisti nos. שׁוּבֵנוּ reduc nos. יְחָנֵּנוּ gratiam faciet nobis. 2. per alienas, ut מְצָאַתְנוּ invenit nos. הֶעֱלִיתֻנוּ ascendere fecistis nos.

114 Suffixa secundæ Personæ singularia.

ךָ TE, tibi, tuum. masculini generis. Annectitur 1. per Scheva, vocalem suam, עָשְׂךָ fecit te, בֵּרַכְךָ benedixit tibi. רְאוֹתְךָ videre te. עָבְרְךָ transire tuum. אֲרוֹמִמְךָ exaltabo te. 2. Per alienam verbi finalem, Chirek, ut עֲנִיתִיךָ respondi tibi. per Schurek, שָׂמוּךָ posuerunt te. per Kibbuts, תּוֹכִחֻךָ corripient te.

115 ךְ TE, tibi, tuum. generis fæm. Cohæret verbis 1. per punctum proprium Tzere, ut יִקְרֵךְ obveniet tibi. גָּאֳלֵךְ vindicare te. 2. Per alienum Chirek, חַקֹּתִיךְ descripsi te. per Schurek, יִבְעָלוּךְ mariti fient tibi. Semel per Kamets קְרָאָךְ vocavit te. Jesa. 54:6.

יִךְ tuum. Suffigitur infinitivis in וֹת finitis, ut בְּנוֹתָיִךְ ædificare tuum.

Se-

Secundæ Pluralis.

▭כֶם VESTRUM, Vos, mares. Copulatur v̄bo vel 116
per ſuam vocalem Scheva, ut אֱמָרְכֶם▭ dicere
veſtrum. צֵאתְכֶם▭ exire veſtrum. vel per alienam verbi finalem, ut בֵּרַכְנוּכֶם▭ benediximus vobis.

Suffixa tertiæ perſonæ ſingularia.

ו EUM, ejus. vel vicarium ejus ה, vel א, verbo 117
adhæret 1. per Cholem, punctum proprium, ut
שָׂמוֹ poſuit eum. יִרְדְּפוֹ perſequetur eum. נְשׁתוֹ
accedere ejus. נחה quieſcere ejus. קַבּוֹ maledixit ei. לֹא pro לוֹ ei, quindecim locis. Vid. Arc. Kethib. p. 58. ſeqq. 2. per Chirec punctum alienum, שְׂנֵאתִיו odi ipſum. שְׁאִלְתִּיו petivi eum, à שָׁאַל petiit.

הוּ EUM, ei. Adhæret verbo vel per Kametz 118
punctum proprium, ut שָׂמָהוּ poſuit eum; vel per alienum verbi, vel Nun epenthetici, vel He paragogici. Per alienum verbi, ut Cholem in עֲשׂוֹהוּ facere eum. per Schurek, ut in עָשׂוּהוּ fecerunt eum. per Kibbuts, ut in קְרָאֻהוּ invocate eum. per Chirek, ut in שְׂנֵאתִיהוּ odi eum. per Scheva גְּמָלַתְהוּ contractè, גְּמָלַתּוּ ipſa reddidit ei. Per punctum alienum Nun epenthetici יְבָרֲכֶנְהוּ benedicet ei, תִּצְּרֶנּוּ cuſtodies eum. Per (..) in He paragogicū finitis, ut יִרְדְּפֵהוּ perſequetur eum, ex forma יִרְדְּפָה Sic אֶתְּנֵהוּ ex אֶתְּנָה dabo eum. הַשְׁלִיכֵהוּ projice eum, ex הַשְׁלִיכָה.

הַשְׁלִיכָה. Reperitur hæc paragoge in futuris אֶקְרָאָה clamabo, יְדַשְּׁנֶה in cinerem redigat.

nominis צְבִיּוֹת Cant. 2: 7. פְתָאִים scribitur pro
פְתָיִים simplices. מְנָאוֹת partes. Nech. 12: 34.
pro מְנָיוֹת Nech. 12: 47. & 13: 10. Pro נְבָיִים

legitur נְכָאִים attrita. Jesa. 16: 7. pro עֳפָיִם scriptum עֳפָאִים rami. pro חֲלָיִים enunciatum חֲלָאִים ornamenta. Cantic. 7: 1. Sic בְּרִיאָה selectum, pingue, pro בְּרִיָה Ezech. 34: 3. cum Joth defecto בְּרָאָה Habac. 1: 16. שְׁגִיאוֹת pro שְׁגִיוֹת errores. עַרְבִאִים Arabes, pro עַרְבִיִּים 2. Chr. 17: 11. הַגְרִיאִים Hagareni, pro הַגְרִיִּים 1. Chr. 5: 19. בְּלוֹאִים pro בְּלוֹיִים veteramenta. Jerem. 38: 11, 12. à singul. בְּלוֹי veteramentum. צְבֹאִים Tzebo'im. Hose. 11: 8. pro quo extat צְבוֹיִים Gen. 14: 2. à sing. צְבוֹי ut גּוֹיִם à גּוֹי gente. תְּלוּאִים pro תְּלוּיִים suspensi. תַּחֲלֻאִים pro תַּחֲלוּיִים ægritudines. Jerem. 16: 4. שִׁנְאָן pro שִׁנְיָן iteratio. נְכָאוּ percussi sunt, pro נִכְּיוּ à verbo נָכָה percussit. אֲחִיאָם 2. Sam. 23: 33. pro אֲחִיָם Ex דָּיָג natum דְּאָג & א silente דָּאג i. e. piscis. Nehem. 13: 16.

3 Joth primæ radicalis mobilis in א, ut תְּאֲמִינוּ dextram petetis, pro תֵּימִינוּ Jesa. 30: 21. תֹּאסִפוּן addatis. Exod. 5: 7.

4 Joth mobile vertitur in Joth quiescens, ut אֵילִים arietes ab אַיִל aries, יֵינְךָ vinum tuum ab יַיִן vinum. חֵי ex חַי vivit. שְׁמֵי, ex absoluto שָׁמַיִם cœli. שְׁרֵיאוּר i. e. שַׁדַּי אוֹר. Qui omnia præbet, lux vel ignis est. אֵילְכָה incedam. אִישַׁן obdormiscam.

5 Joth mobile mutatur in Vav mobile, ut הָיָה & הָוָה fuit. חָיָה & חָוָה vixit. אִוָּתֵר reliquus fiam. 1. Reg. 19. אִוָּשֵׁעַ servabor. Psalm. 18: 4. וַיִּוָּעֵץ

& con-

& consilium iniit. אִוָּדַע notus fiam. יִוָּחֵל exspectavit. Dissimile יִיָּרֶה jaculis conficitur. Exod. 20: 13. Pariter ׳ permutatum in Hithpahel, וְנִוַּסְּרוּ eruditos se præbebunt. יִתְוַדּוּ confitebuntur. יִתְוַכַּח disceptabit. הִתְוַדָּה confitentem se præbuit. הִתְוַדַּע cognoscendum se præbere. Genes. 45. vers. 1. כְּהִתְוַדּוֹת secundùm confiteri. Ezr. 10: 1. מִתְוַדֶּה confitens. NOMINA: וָלָד pro יָלָד natus. וָלָד pro יָלָד genitus. דָּוִיד pro דָּיִיד & hoc pro יָדִיד 6
à quo est יְדִידְיָה dilectus Domini. דַּוָּגִים & דַּיָּגִים piscatores. Jerem. 16: 16. הַוָּתִי & הַיָּתִי calamitas mea. Job. 30: 13. עֲוָרִים & עֲיָרִים asinorum pulli. Jesa. 30: 6. שְׁוָרִים boves, pro שְׁיָרִים qui pluralis venit à sing. שִׁיר ut עֲיָרִים ab עַיִר Radix nominis שׁוּר spectare, contemplari.

Joth quiescens mutatur in mobile, ut in צִיִּים 7
naves. Dan. 11: 30. פְּלִשְׁתִּיִּים Palæstini, à sing. פְּלִשְׁתִּי Palæstinus. לְוִיִּים Levitæ, à sing. לֵוִי. אֲדוֹמִיִּים Idumæi 1. Reg. 11: 17. à sing. אֲדוֹמִי 1. Sam. 21: 7. מוֹאֲבִיָּה Moabitis. Ruth 1. vers. ult. מוֹאֲבִיּוֹת Moabitides. Ruth 1: 4. 1. Reg. 11: 1.

Joth quiescens mutatur in א quiescens. ut in 8
שִׁשֵּׁאתִי sextavi pro שִׁשֵּׁיתִי Ezech. 39: 2. וְרָצָאתִי & acceptos habebo. Ezech. 43: 27. & contra, א quiescens transit in Joth quiescens, ut נִפְלֵיתִי in admirationem traducor. Psalm. 139: 14. נִטְמִינוּ sordemus pro נִטְמֵינוּ Job 18: 3.

9 HE mobile post seipsum in א converti potest, ut האמון multitudo pro ההמון, Jerem. 12: 15. האדרוש an consulendo, pro ההדרוש Ezech. 14: 3. הארדי 2. Sam. 23: 33. pro ההררי Hararita, quod legitur 1. Par. 11: 34. והאזניחו pro והזניחו & qui rejecerunt Jesa. 19: 6. והאראל pro וההראל mons DEI. Utraque vox insinuatur symbolo Masorethico Ezech. 43: 15.

10 HE quietum frequentissimè transire solet in א. 1. In nominibus adpellativis: זרא pro זרה fastidium. חגא titubatio, שנא pro שנה somnus. קרחא calvities, Ezech. 27: 31: pro קרחה Deut. 14: 1. כלא pro כלה tota. מרא pro מרה amara. מטרא pro מטרה scopus, חמא pro חמה excandescentia. 2. In verbis: גבהא extulit se, pro גבהה Ezech. 31: 5. שנא mutavit. 2. Reg. 25: 29. in loco parallelo habetur, שנה mutavit. Jerem. 52: 33. יצא egrediens pro יוצה & hoc pro integro יוצאה Eccles. 10: 5. מרפא remissum præbens, pro מרפה Jerem. 38: 4. רפאים mortui à רפה manus remittere. ירא pro ירה jaculatus est, hinc enim ויראו המוריאים & וירו המורים & jaculati sunt sagittarii. 2. Sam. 11: 24. Sic ירא jaculari pro ירה usurpatum 2. Par. 26: 15. נכאו pro נכו percussi sunt. אתא pro אתה ut Jesai. 21: 12. אתנו venimus. יתא veniet pro יאתא Deuter. 33: 21. יחלא ægrotabit, pro יחלה 2. Paral. 16: 12. ישגא crescet, pro ישגה Job. 8: 7, 11. אחוא indicabo,

Job

Job 32: 10. הֱוֹא esto, pro הֱוֵה Job 37:6. לְהֵחָבֵא 2. Par. 18: 24. pro eo quod in parallelo scribitur לְהֵחָבֵה 1. Reg. 22: 25. 3. In Propriis בְּאֵרָא 11
Beera'. 1. Par. 7: 37. & בְּאֵרָה Beera. 1. Par. 5: 6. בַּעֲנָא & בַּעֲנָה & בנעא 1. Par. 9: 43. 1. Paral. 8: 37. & בַּעֲנָה ejusdém viri vocabula. 1. Reg. 4: 12,16. 2. Sam. 23: 29. גבעא & גִּבְעָה 1. Paral. 2: 49. 2. *Par.* 13: 2. חֲגָבָא & חֲגָבָה Viri nomen. Nech. 7: 48. Ezr. 2: 45. יַעֲלָא Nech. 7: 58. qui idem יַעֲלָה Ezr. 2: 56. יְרוּשָׁא Mater Jotham, 2. Reg. 15: 35. quæ & יְרוּשָׁה 2. Paral. 27: 1. לְבָנָא Nech. 7: 48. qui idem scribitur לְבָנָה Ezr. 2: 45. עֻזָּא 2. *Sam.* 6: 3. qui & עֻזָּה 2. Sam. 6: 7. עֻזִּיָּא 1. Par. 11: 44. pro עֻזִּיָּה cum terminatione fæminina, quæ est vocum פְּלִילִיָּה judicatio. עֲלִילִיָּה opus. Jerem. 32: 19. אֲרַם צוֹבָא *Syria Sobæa.* 2. *Sam.* 10: 6. pro אֲרַם צוֹבָה 1. Sam. 19: 6. שַׂלְמָא permutatur cum שַׂלְמָה Ruth 4: 20. Plura dabit Onom. Sacr. Via X. Permutationis. pag. 386. seqq. Vicissim א 12
transit in ה, ut in רְפָה cura pro רְפָא Psalm. 60: 4. נְסָה pro נְשָׂא tolle. Psalm. 4: 7. אֶרְפָּה curabo. Jerem. 3: 22. הֵרָפֵה sanari. Jerem. 19: 11. הֵחָבֵה abscondi. 2. Par. 7: 12.

He quietum in radice tertium, ante quietum 13
servile vertitur in Vav mobile, ut מְטַחֲוֵי pro מְטַחֵי jaculantes, ex absoluto sing. מְטַחֶה jaculans. Gen. 21: 16. הִשְׁתַּחֲוָה adoravit pro הִשְׁתַּחָה Ezech. 46: 2. חֶדְוָה lætitia ex rad. חָדָה lætatus est

ענו mansuetus. ראוה visio, ex ראה vidit. ערות nuditas. In propriis הודוה Hodava, עשו Hesav. Sed non vicissim Vav mobile transierit in ה quietum. Vid. sequentem Canonem de ה ante socium proferendo.

14 He quietum permutatur cum Vav quieto, ut קנו 2. Samuel. cap. ult. v 24. pro קנה emendo, 1. Par. 21: 24. parallelo. Talia בכו & בכה flendo. געו & געה mugiendo. 1.Sam. 6: 12. הרו והגו concipere & loqui. pro הרה והגה Jesai. 59: 13. חיו vivendo. מרו rebellando. היו existendo. עשו facere. שתו bibere. Contra ו quietum scribitur loco ה quiescentis. Vide regulam de Vav.

15 He quietum permutatur cum Joth mobili, ut in verbis בעיו quærite. אתיו venite. Jesa. 21: 12. התיו venite. Jesa. 21: 14. נטיו declinaverunt. חסיו sperarunt. נטיו extenduntur. יאתיו advenient. יכליון deficient. ישליו tranquillaverunt. יחסיון sperabunt. יחזיון videbunt. יבכיון flebunt. יהמיון perstrepent. תבעיון quæretis. בוכיה flens. פוריה fructificans. צופיה speculans. הומיה strepera. אותיות venturæ. Jesa. 44: 6. עטיה tegens. גלוי retectus. ירביון augescant. ירויון inebriantur. תדמיון assimilabitis. תוגיון mœrore afficietis. דליו tollite. יכסימו operuerunt eos. ארויך irrigo te, ex absoluto ארוה pro ארויך Jesai. 16: 9.

He

He radicale quietum permutatur cum Joth 16
quieto, ut יְחַיֵּנוּ vivificabit nos. הַחֲיֵנִי vivere fac
me. חַיֵּהוּ vivifica eum. הֱוִי Esto. Jesa. 16: 4. חַכֵּי
expectare. Hos. 6: 9. אַפְאֵיהֶם in angulos conji-
ciam. Idem factum præteriti formis præcedente
Chirek: גָּלִיתִי׃ גָּלִיתָ׃ גָּלִיתְ &c. & futuris præ-
vio Segol, תְּגַלֶּינָה׃ גַּלֶּינָה &c.

He servile mobile permutatum cum Joth mo- 17
bili in verbo יֵיטִיב benefaciet, pro integro יְהֵיטִיב
Job. 24: 21. יֵידַע notum faciet, pro יְהֵידַע Psalm.
138: 6.

He servile mobile mutatum in א, in verbis 18
אֶשְׁתּוֹלְלוּ prædæ fuerunt, Psalm. 76: 7. אַשְׁכֵּים
pro הַשְׁכֵּם mane surgendo. Jerem. 25: 3.

He Mappikatum transit in ה raphatum. Sed 19
non vicissim 1. in adpellativis. מִבְטֶחָה fiducia
ejus, pro מִבְטֶחָהּ Proverb. 21: 22. וּשְׂעָרָה & pilus
ejus, pro וּשְׂעָרָהּ Lev. 13: 4. מַאְפֵּלְיָה pro מַאְפֵּלְיָהּ
caligo Domini. Jer. 2: 31. 2. In verbis. תֹּאכְלֶנָּה
pro תֹּאכְלֶנָּהּ comedas eam. Ezech. 4: 12. תְּעֻגֶנָּה
coquas eam, ibid. אָכְלָה comedere ejus. 1. Sam. 1:
9. הָשַּׁמָּה pro הָשַּׁמָּהּ desolari eam. Levit. 26: 36.
3. In particulis, ut לָה pro לָהּ ei. Ezech. 21: 15.
4. In propriis: אָהֳלִיבָה pro אָהֳלִיבָהּ Tentorium
meum est in ipsa. Ezech. 23: 4. גְּדַלְיָה Gedalja,
pro גְּדַלְיָהּ magnus fuit Dominus. Ezr. 10: 18, 19.
זְכַרְיָה i. e. זָכַר יָהּ recordatus est Dominus, 2. Reg.
15: 8. יְדַעְיָה Jedahja, novit Dominus. 1. Par. 24:
7. פְּדָיָה Pedaja, redemit Dominus. מַעֲשֵׂיָה opus

Domini. Nech. 3: 23. Jerem. 21: 1. עֲזַרְיָה Hazarja, juvit Dominus. Dan. 7: 1. 2. Par. 23: 1.

20 VAV quietum transit in א mobile, ut בְּלוֹאֵי veteramenta, à sing. בְּלוֹ Jerem. 38: 12. pro בְּלוֵי Belowe, vers. 13. Huc retuleris וּרְבוּ & multiplicamini, וּבְדֶרֶךְ & in via, & similes ab Schurek inchoatas voces, quæ leguntur tanquam per א scriptæ אוּפְרוּ & אוּבְדֶרֶךְ.

21 VAV quietum vertitur in Vav mobile, בְּלוֹיִם *belovim*, ex בְּלוֹ belo, singulari. Jerem. 38: 11.

22 VAV mobile vertitur in quietum מוֹת ex מָוֶת mors. תּוֹךְ ex absoluto תָּוֶךְ medium.

23 VAV quietum permutatur cum א quieto, ut in תַּאסִיפוּן addatis, pro תוֹסִיפוּן ex verbo יָסַף. Exod. 5: 7. וַיֹּאסֶף & addidit. 1. Sam. 18: 29. וַיּוֹסֶף & addidit. Judic. 11: 14. Num. 22: 26. יוֹמְרוּךָ pro יֹאמְרוּךָ Psalm. 139: 20. לֹא, positum loco לוֹ i. e. ei. Job. 13: 15. Si occideret me, in eum sperarem. וְלֹא stat pro וְלוֹ & ipsius, vel ad ipsum. Ipse fecit nos & *ipsius* sumus. Psalm. 100: 3. Plura hujus generis vid. Arcan. lib. 1. pag. 60, 61: & seqq.

24 VAV mutum post cholem mutatur in ה mutum, ut יְרִיחֹה Jericho pro יְרִיחוֹ 1. Reg. 16. ult. עִירֹה pro עִירוֹ pullus ejus. Genes. 49: 11. סוּתֹה operimentum suum. ibid. שִׁילֹה pro שִׁילוֹ & hoc pro שֶׁאִילוֹ Expetitus ejus. Gen. 49: 10. Vid. etiam Arc. Keri p. 74. קָנוֹ 2. Sam. 24: 24. pro קָנֹה 1. Pa-

ral.

ral. 21: 24. parall. Viciſſim ה mutum vertitur in ו mutum. Vid. Regulas de Vav.

Vav mutum mutatur in Aleph mutum poſt 25
Schurek לֻא pro לו utinam 1. Sam. 19: 7. לֻא Si, vel, utinam Abſalom viveret. Viciſſim א mutum tranſit in Vav mutum. vide Reg. de א. vel in ה quietum, ut יִקְרחה calvitium inducunto. Plura de his talibus Arc. Keri p. 75. 76.

ALEPH mobile vertitur in quieſcens, in ver- 26
bo יִרְאוּ timete, pro eo, quod ſcriberetur יִרְאוּ, ne confundatur cum יִרְאוּ videbunt. מאומה quicquam, pro מום Job 31: 7. Viciſſim א quietum 27
fit mobile, ut ex מצא factum מְצָאו, & ex נָבִיא deflexum eſt נְבִיאִים.

ALEPH quieſcens permutatur cum Vav quie- 28
ſcente poſt Cholem, ut לו non, pro לא negandi particula: Ille verò dicebat לו *nequaquam*, ſed nunc dabis. 1. Sam. 2: 16. לו *Non* faciet, vel *non* fecit pater meus rem magnam aut parvam &c. 1. Sam. 20: 2. Plura de his Arc. Kethib pag. 72: 73. יוכלו abſument pro יֹאכְלוּ Ezech. 42: 5. רוש fel pro ראש Deut. 32: 32.

Aleph quieſcens permutatur cum ה quieſcente, 29
ut צָבָה exercitus, pro צָבָא Zach. 9: 8. מִכְלָה caula pro מִכְלָא In verbis: רִפָּה cura. pro רִפָּא Pſ. 60: 4. אֶרְפָּה curabo, pro אֶרְפָּא Jerem. 3: 22. כִּסֵּה thronus pro כִּסֵּא. & כֶּסֶא interlunium. Prov. 7: 20. pro כֶּסֶה Pſalm. 81: 4. In propriis: יִמְלָה Jimla, pater Micæ 1. Reg. 22: 9. qui etiam יִמְלָא

per

per א scribitur. 2. Chron. 18: 7, 8. In verbis, מַקְנֶה ad Zelotypiam provocans. Ezechiel. 8: 3. וְרָפֵה sanari. Jer. 19: 11. הֵחָבֵה abscondi. 1. Reg. 22: 25. pro quo est in parallelo הֵחָבֵא 2. Par. 18: 24. יְמַלֶּה implebit, pro יְמַלֵּא Job 8: 21. שָׁנָה Jerem. 52: 33. & שְׁנָא in parall. 2. Reg. 25: 24. נְסָה attolle, Psalm. 4: 7. pro נְסָא Psalm. 10: 12. In par-
31 ticulis הֲלֹה annon, pro הֲלֹא Deut. 3: 11. Vicissim ה quiescens transit in א mobile, ut קְרָאַנִי obveniat mihi, ex rad. קָרָה Job 4: 14. גָּבְהָא extulit se. Ezech. 31: 5. Vid. regulas de He.

32 Aleph mobile medianum mutatur in Joth mobile, ut דוֹיֵג Dojeg. 1. Sam. 22: 22. qui idem vocatus דֹּאֵג Doëg. 1. Sam. 21: 8. Psalm. 52: 2. Huc retuleris verba וַיָּבִיאוּ & attulerunt. Gen. 43: 16. & Ezr. 8: 18. תָּבִיאוּ affertote. Levit. 23: 17. רֹאוּ videbantur. Job. 33: 21. Legi enim debent Wajabiju, Thabiju, Rüju, punctum literæ א incumbens, non est, ut falsò alii opinantur, Dages gutturatæ signum geminandæ, sed indicium Joth elementi, quod loco א literæ ponendum Dages aut Mappic affici debuisset. Mansit figura א ne hoc pereunte 1 · nium à forma primitiva scriptio vocis abiret. Permutatur etiam א mobile cum Joth in sequentibus: קִיו vomite pro קְאוּ Jerem. 25: 27. ex verbo קָאָה, unde Arabum قَاءَ vomuit. Sic הִתְיַמָּרוּ prædicantes vos exhibebitis.

Jesa.

Jesa. 61:6. In propriis: אֲחִיאָם Achiam, pro אֲחִיָם 2. Sam. 23:33.

Aleph quietum vertitur in mobile: ut מָצָא 33
מָצָאה: מָצְאוּ &c. נָבִיא נְבִיאִים Prophetæ. מְלוֹא
מְלֹאָה plenitudo ejus.

Uti Joth quiescens permutatur cũ א quiescente in 34
נִבֵּיתָ vaticinatus es, pro נִבֵּאתָ Jerem. 26: 9.
וְהִתְנַבֵּיתָ & prophetabis, pro וְהִתְנַבֵּאתָ 2. Sam.
10: 6. & aliis, de qua permutatione dictum p. 533.
ita vicissim mobile Joth transit in א mobile, ut in
עַרְבִיאִים Arabes.

Permutantur quædam eodem oris organo fi- 35
guratæ.

Beth cum פ in בָּזַר & פָּזַר dispersit, unde בַּרְזֶל
& Chald. פַּרְזְלָא ferrum.

Beth cum Vav permutatur in פַּרְבָּר 1. Par. 26: 36
18. & פַּרְוָר loci pars exterior. 2. Reg. 23: 11.

Alternant ב & ק in כּוֹבַע & קוֹבַע galea. 37

Alternant ז ס & צ in verbis עָלַז עָלַץ עָלַס 38
exsultavit. In propriis מֵרוֹז Meroz dictum pro
מֵרוֹץ à מָרַץ acrem seu vehementem esse. Urbis
nomen. Jud. 5:23. Permutantur ט & ת in verbis
חָטַף & חָתַף rapuit. טָעָה & תָּעָה erravit. רֶטֶט &
רְתֵת terror. טוּר & תוּר ordo. Frequentissimè cum 39
ס permutatur שׂ, ut שׂוּרִי pro סוּרִי recedere me.
שָׂתַם pro סָתַם clausit, שׂוֹכְרִים pro סוֹכְרִים
mercede conducentes. עֹמְשִׂים pro עֹמְסִים
onerantes. שְׂפוּנֵי pro סְפוּנֵי tecti. שִׂפַּח pro סִפַּח
scabie

ſcabie affecit. יִשְׂפּוֹק pro יִסְפּוֹק complodet. תִּרְמֹשׂ pro תִּרְמֹס conculcat. יִשְׂעָרֵ: pro יִסְעָרֵנוּ turbine abripiet eum. תִּרְפֹּשׂ conturbabis. pro תִּרְפֹּס conculcabis, תִּרְפְּסוּן pro תִּרְפְּשׂוּן conculcabitis. שַׂכּוֹתִי pro סַכֹּתִי obtexi. נִשְׂעֲרָה pro נִסְעָרָה procelloſa eſt. Pſalm. 50: 3. תְּשׂוֹכְכֵנִי pro תְּסוֹכְכֵנִי texiſti me. Job. 10: 11. יָסוּר pro יָשׂוּר principem ſe geret. In Propriis: יִסְכָּה Haranis filia pro יִשְׂכָּה proſpiciet, ſcilicet DEUS. Gen. 11. הַסְּנָאָה pro הַשְּׂנָאָה urbis vocabulum. Ezr. 2: 35. סֶרֶד Sered pro שֶׂרֶד filius Zebulon. Gen. 46: 14. סֶרַח pro שֶׂרַח i. e. redundantia. Filia Aſcher. Gen. 46: 17.

40 Tſade permutatur cum ט, in וַיְחַלְּטוּ pro וַיְחַלְּצוּ experiebantur, eruebant. 1. Reg. 20: 33.

41 Tſade cum שׂ permutatum in proprio יִצְחָק, Jitſchak, qui & יִשְׂחָק Jiſchak, Amos 7: 9, 16.

42 שׂ poſitum loco ס in בּוֹשַׁסְכֶם conculcare vos, pro בּוֹסַסְכֶם Amos 5: 11.

43 Thav alternat cum ט, in verbis חָתַף & חָטַף rapuit. תָּעָה & טָעָה erravit.

44 Thav poſt ſibilantem צ trajectum vertitur in ט, ut נִצְטַדָּק juſtos nos exhibebimus. Gen. 44: 16. יִצְטַיָּרוּ legatos ſe præbuerunt, pro יִתְצַיָּרוּ Joſu. 9: 4. הִצְטַיַּדְנוּ in viaticum ſumpſimus, pro הִתְצַיַּדְנוּ Joſu. 9: 12. Poſt trajectum Zajin ת mutatur in ד, in verbo Chaldaico הִזְדַּמִּן præparavit ſe.

REGULA II.

Nec tamen literarum illa permutatio 45
promiſcua vel in omnibus reciproca:

Quod ad literas Joth, He, Vav, & Aleph attinet, 46
Joth quieſcens non permutatur cum Vav quieto:
Hinc שִׁיֹּמָה יָשִׁיב׃ יִקְצִירוּ וַיִּיחֵל׃ יֹשְׁבֵי׃ שׁוּם׃ חֵיקְקְ׃
& ſimilia, non ſunt Hebraicæ voces, ſed diverſarum vocum ſymbola, in Arcano Kethib expoſita. pag. 125. 129. &c.

He quietum non mutatur in He quieſcens. 47
Igitur פְּדַהְאֵל Pedah'el, viri nomen. Num. 34: 28. non ducit originem à præterito Kal פָּדָה, ſed ab הִפְדָּה conjugatione Hiphil trajectis literis, & à Dei vocabulo אֵל. Sic הַרְחָיָה Nech. 3: 8. excuſum eſt ex vocibus הֻחְרָה יָהּ ita fuit accenſus Dominus. אַמָהוֹת pluralis non venit ab אָמָה ancilla, ſed trajectis figuratur literis ex אהם.

He finale non ponitur loco Joth finalis, in 48
לֹה Judic. 16: 18. vid. Arc. p. 306.

He quietum vertitur in Vav mobile, ut הֵרָוָה 49
הִשְׁתַּחֲוָה ſed non contra.

Joth quietum finale non mutatur in literam 50
Vav, poſt Chirek aut Tſere quietum. Nec enim ſunt genuinæ voces דַּרְכּוֹ 1. Sam. 22. נוּדוֹ Pſ. 11. יִכְשׁוֹלוּ׃ בְּנוֹ׃ וְאִיוֹ Vid. Arc. Keri pag. 120. &c.

Aleph mobile non convertitur in Vav aut He 51
mobile.

Aleph

52 Aleph non vertitur in ה licet cognatum. In
וַיַּדַּא 2. Reg. 17: 21. literæ vocis, alienis scriptæ
punctis, diversas lectiones insinuant, quarum una
est וַיִּדַּח nam depulit, altera וַיַּדַּא & avolare fecit.
b, καὶ ἐξέωσεν, & expulit. Vid. Arc. Keri, pag. 329.
Ob eandem caussam אורים Jesa. 24: 15. non
dicitur pro חורים, ut Cl. Wagnerus voluit in
de Ur Chasdim. p. 48: 49.

53 Neque promiscua vel reciproca literarum permutatio cognatarum est:

54 Beth non vertitur in Vav. Neque in Mem.
מֵאָרָם Jos. 3: 16. Symbolū est lectionum מֵאָרָם
& בְּאָרָם.

55 ח non venit in locum ipsius ה. Nomina רַחִיטֵנוּ
& רָהִיטֵנוּ Cant. 1: 17. sunt originis diversæ, illud
enim à רַחַט fluere, hoc à רהט currere est derivatum.
Vid. Arc. Keri p. 83: 84. Sic in verbo
לחתם Dan. 9: 22. pro ה non scribitur ח quia
לְהָתֵם ad finiendum & לַחְתֹּם ad obsignandum,
origine discrepant. Arcan. p. 330.

56 ח non permutatur cum ע in וְחֵץ 1. Sam. 17:
7. siquidem וְחֵץ & וְעֵץ radicibus discrepant.

57 מ non permutatur cum ב in מֵעֵבֶר Josu. 22.
Scheva enim sub מ alienum respicit alterius lectionis
ב. vid. Arcan. p. 323.

58 ע non permutatur cum א in הָעִיר 2. Reg. 20:
4. Est enim duarum lectionum חָצֵר & הָעִיר symbolum.
Vid. Arcan. p. 325.

Neque

Neque שׁ ponitur loco שׂ in vocibus שֵׂעָרוּרָה 59
שַׂעֲרוּרִית: שַׂעֲרוּרִיָּה nec enim à שָׂעַר *horrendo*
derivatæ, sed ab שָׂעַר nudando, à quo etiam
שׁוֹעָר fœdatus. Jerem. 29: 17.

REGULA III.

Litera ejusdem vocis continuò repe- 60
tenda permutari sæpius cum א solet.

Sic ב cum א permutatum in רִבֹּאת my- 61
riades, pro רִבֹּאוֹת loco רִבְבוֹת Ezr. 2. ✝ſ. 69.
Sic דָּבְאֶךָ sermo tuus, pro דָּבְבֶךָ à דבב lo-
qui. Deut. 33: 25. זְאֵב lupus, pro זְבֵב à זבב pro
quo Arabes dicunt ذبّ *dabba*, consistere uno lo-
co nescivit.

Sic in א transit ה post seipsum, in nomine 62
הָאָמוֹן pro הֶהָמוֹן, confer parallela, Jerem. 52: 15.
& 2. Reg. 52: 11. הָאֲרָרִי 2. Sam. 23: 33. posi-
tum loco הַהֲרָרִי Hariræus. 1. Par. 11: 34. הַאִדָּרֵשׁ
pro הַהִדָּרֵשׁ an consulendo? Ezechiel. 14: ✝ſ. 2.
וְהֶאֱזְנִיחוּ & qui rejecerunt. Jesai. 19: ✝ſ. 6.
Cæterùm ה ante ת servile vel in ת transit, ut
נִפְלְאַתָה valdè mirabilis fuit. 2. Samuel. 1: 26.
תָּבֹאתָה veniat abundanter. Deuteron. 33: 16.
הֶחְבִּאַתָה diligenter abscondit. Josu. 6: 17. Vid.
Annot. Nold. ad Concord. p. 239. vel in *VAV*,
ut אַחֲוָה תַּאֲוָה: עֶרְוָה: עֲנָוָה שַׁלְוָה: גַּאֲוָה & אַחֲוָה fra-
ternitas. אֻרְוָה præsepe. In Propriis הוֹדַוְיָה &
הוֹדְיָה dicitur caput familiæ Leviticæ. Nechem. 7.

43. qui etiam יְהוּדָה Ezr. 3:9. In verbis: הִשְׁתַּחֲוָה incurvavit se. מְטַחֲוֵי jaculantes. Gen. 21:16.

63 נ post se ipsum permutatur cum א, ut שְׂגִיאָה pro שְׂגִינָה error. Psalm. 19:13.

64 Zajin ante seipsum vertitur in א, ut הָאזִקִּים catenæ pro הָזִקִּים Jerem. 40:4. בָּאזִקִּים catenis, Jerem. 40:1. pro בַּזִּקִּים vel בַּזִּקִּים Dages enim literam valet geminam.

65 Samech ante seipsum vertitur in א, ut יִמָּאֵס liquefiet, pro יִמָּסֵס Job. 7:5. יִמָּאֲסוּ liquefiant, pro יִמָּסְסוּ Psalm. 58:8. שֹׁאסַיִךְ diripientes te, pro שֹׁסְסַיִךְ Jerem. 30:16.

66 Tsade ante seipsum in א vertitur, ut יָנֵאץ florescet, pro יָנֵצץ Eccles. 12:5.

67 ל ante seipsum vertitur in א, ut צֶאֱלִים i.e. umbræ, pro צְלָלִים Job. 40:16, 17.

68 ר ante se ipsum in א, ut בֵּאֵר declaravit pro בֵּרֵר, sic בְּאֵר puteus à בָּרַר purum esse, declarare.

69 שׁ ante seipsum in א abit, v. gr. בְּאֻשִׁים uvæ tardiores, i.e. labruscæ, à בּוֹשֵׁשׁ tardavit.

70 ת ante seipsum transit in Aleph, in נְכֹאת contrita, scil. aromata, pro נְכֹתוֹת à singul. masc. נְכוֹת aroma contritum, 2. Reg. 20:13. quod Cant. 3:6. vocatum אַבְקַת רֹכֵל pulvis aromatarii, à verbo נכת, unde etiam יַכְּתוּ conterent, יֻכַּת contereretur. Deuter. 1:44. Numer. 14:45. Jesai. 24:12.

Pariter

Pariter Syri literam continuò iterandam vertunt in א. ut ܪܐܓ *ro'eg*, pro ܪܓܓ *rogeg* concupiscit, Gal. 5: 17. ܫܐܒ *scho'eb*, descendens, pro ܫܒܒ Actor. 10: 11. ܪܐܬ tremens. pro ܪܬܬ *rotheth*, Act. 16: 29. ܚܐܢ gratiam faciens. pro *chonèn*. Rom. 9: 15. ܥܐܠܝܢ ingredientes. Luc. 9: 4. ܥܐܠܢ ingressæ. Matth. 12: 45. 71

REGULA IV.

Præter literas א ו ה י & geminandas non permutatur heterogenea. 72

ב non permutari solet cum ד. Itaque הַגְּבוּל non idem est, quod הַגָּדוֹל Josu. 15: 47. Vid. Arc. Keri p. 320. 73

ב non permutatur cum כ. Sunt igitur diversæ voces בַּעֲלוֹת & כַּעֲלוֹת Judic. 19: 25. בְּדַבְּרוֹ & כְּדַבְּרוֹ Judic. 8: 3. 74

ג non permutatur cum ז. Itaque לְבַג in cibum, aliunde derivatum est quàm לְבַז in prædam. Ezech. 5: 7. Et גֵּה cum זֶה non habet aliam, quàm significatus affinitatem. 75

ד non permutatur cum ר Proinde אֶעֱבוֹר est transibo, אֶעֱבוֹד serviam. Jerem. 2: 28. 76

ח non permutari potest cum ת. Differunt ergo radicibus suis יֵרָחֵק & יֵרָתֵק Eccles. 12: 6. 77

Neque Joth permutatum est cum נ in וְיִסָּתֵר licet altera lectio fuerit וְנִסְתָּר Prov. 22: 3. neque cum ת, unde וַיִּקְרָא & תִּקְרָא diversæ personæ 78 79

verba diversimodè vertenda sunt. Illud enim accipitur impersonaliter, *vocabatur*; hoc personaliter, *& vocavit* scil. Bathseba. 2. Sam. 12: 24.

80 כ non permutatur cum ב in בַּמַּלְכֵּן 2. Sam. 12: 31. Vid. Arc. Keri p. 326.

81 ך non legitur pro ד in יַךְ 1. Sam. 4: 13. Arc. Keri, p. 108. neque pro ם in אֱלֹהֶיךָ Arc. p. 97. & 310. 1. Reg. 1: 47.

82 ם non alternat cum ה in נָכְרִיָּם Prov. 20: 16. vel in שְׁלֹשִׁים 2. Sam. 23: 13. Arcan. p. 280.

83 ן permutari in Hebraismo nequit cum litera ם, itaque תַּנִּין Thren. 4: 3. est à Chaldaismo.

84 ע non permutatur cum א in עַל. Neque enim עַל genuina dictio, sed symbolum est geminæ lectionis עַל & אֶל, de quo Arc. Kethib p. 326.

85 ר nunquam ponitur pro ב. De וְאֲשֶׁר Ezech. 2: 15. vid. Arc. Keri p. 329. neque ר ponitur loco ד in גְּרָל־חֵמָה Prov. 19: 19. Arc. Keri p. 329.

86 ר non permutatur cum נ in נְבוּכַדְרֶאצּוֹר Jerem. 49. & 28. Insinuatur enim illa scriptione lectio duplex, Nebucadnettsar & Nebucadrettsor. Vid. Onomast. Sacr. Via XV. p. 604. 605.

87 ר non permutatur cum ד in וַאֲרוֹמִים quia hæc elementa insinuant duo diversæ originis nomina אֲרַמִּים Syri, & אֲרוֹמִים Idumæi. 2. Reg. 16: 16.

88 Neque ר permutatur cum ל in מְזֻרוֹת, quasi scriberetur loco מַזָּלוֹת illud enim à נָזַר deflexum

sonat

ſonat ſeparabiles ſtellas, hoc à נָזַל influentias. Job 38; 32.

REGULA V.

RESCH ejusdem vocis litera poſt interjectam heterogeneam repetenda alternitatis gratia mutatur in ל. 89

אֶרְאֶלָּם Jeſai. 33:7. pro אֶרְאָרָם i. e. ut, ſic 90
dicam, λεοντόπετος αὐτῶν, fortiſſimus eorum, ex abſoluto אֶרְאֵל, & primitivo אֲרִי leo. Nec enim venit ab אל Deus, quia Tſere in hoc vocabulo nunquam in Segol ſequente Dages mutatum eſt.

בַּרְזֶל ferrum, pro בַּרְזֶר. Radix nominis בּוּר 91
diſperſit. Simile Chaldæorum פַּרְזֶל ferrum à radice Hebr. פּוּר diſperſit.

חַרְגֹּל cantharus, inſecti genus, pro חַרְגֹּר à 92
verbo חָרַג horruit, quia inſectum hoc cum horrore advolat.

כִּרְבֵּל texit, operuit, pro כִּרְבֵּר à rad. כָּרַב unde etiam כְּרוּב, eſt tegumentum vel operimentum.

כַּרְמֶל vinetum pro כַּרְמֶר à כֶּרֶם vinea, rad. 93
כָּרַם fodit. כַּרְמֶל ſpica à כרם Æthiopicè dicitur KARM.

עַרְעֵל per ſyncopen literæ ע factum עָרֵל pro עֲרָעֵר ab עָרָה nudari.

94 עָרֵל præputiatus, pro עָרֵעָר formæ כַּרְמֶל &
בַּרְזֶל. Sic עָרְלָה deflexum ex עָרֵל masculino, quod concisum ex עַרְעָל. Pro חַרְחוּר alternitatis gratia dictum חַרְחוּל, unde per syncopen literæ redituræ חָרוּל urtica, radix חָרָה exarsit.

קַרְסֹל talus, malleolus pedis, pro קַרְסוֹר à rad. קָרַס reflexum esse.

95 In Propriis אַחַרְחֵל Acharchel, filius Harum.
96 1. Par. 4: 8. pro אַחַרְחֵר nimium est moratus. In Chaldaicis nominibus סַרְבָּלִין pro סַרְבָּרִין chlamydes. à סַרְבֵּל operuit, amicivit. Rad. סָרַב.


מְסֻרְגָּל rotundum, pro מְסֻרְגָּר à סָגַר occlusit.

עִרְבֵּל perplexus fuit pro עִרְבֵּר & עִרְבּוּל perplexitas ab ערב.

עִרְגֵּל volvere ab עָרַג. Sic עַרְסָל lectulus ab עֶרֶשׂ sponda.

עַרְקֵל festinare, pro עַרְקֵר à themate עָרַק fugit.

עַרְטִיל nudus, pro עַרְטִיר à verbo עָרַט removit.




CAPUT

CAPUT XV.

DE APHÆRESI VEL ABLATIONE LITERARUM.

Summa.

Ablatum א *à nominibus. Ablatum à verbis He characteristicum. Joth radicale præteriti, Joth futuri formativum.* ל *radicale. Mem participiale. Nun radicale. Auferuntur præfixa* בוכלם.



Blatum est א 1. in נָשִׁים mulieres, ab integro אֲנָשִׁים Singulare nomen fuit נָשׁ homo, quod Chaldæi servarunt, unde בַּר נָשׁ filius hominis, vel filius mulieris. 1

2. In שְׁתַּיִם duæ, & constructè שְׁתֵּים & 2
שְׁתֵּי duæ fæminæ : pro integris אֶשְׁתַּיִם אֶשְׁתֵּי אֶשְׁתַּיִם quæ figurantur à singul. nomine אֶשֶׁת cujus dualis forma אֶשְׁתַּיִם duæ. hinc in regimine שְׁתַּיִם dicitur, ut שְׁנַיִם pro שְׁנַיִם duo, ut קִרְיָתַם pro קִרְיָתַיִם Kirjathajim, ut שָׁלֵם pax vel securitas, pro שְׁלָיִם à sing. שְׁלִי securitas.

3. In תְּמוֹל heri 1. Par. 11: 2. pro אֶתְמוֹל idem, 3
2. Sam. 11: 12.

4. In חַד Unus. Ezech. 33: 30. pro אֶחָד. Syris 4
ista aphæresis frequentior, ut רָם Ram, Job 32: 2. pro אֲרָם quo nomine idem Ram adpellatus,

Gen. 22: 21. Similia: נַשׁ, pro אֱנָשׁ, homo. בֵּידְרֵי pro בֵּי אִדְּרָא domus areæ, vel horreum. Taan. fol. 3. col. 2. כַּל comedit pro אֲכַל & מַר pro אֲמַר dixit. נָא pro אֲנָא ego. תָא pro אֲתָא veni. תָי fæm. pro אתי veni. זֵל pro אֱזֵל abi. חֲרְתָּא pro אַחֲרְתָּא finis.

5 Aufertur ה Characteristicum temporis & conjugationis, ut רִיבוֹתָ pro הֲרִיבוֹתָ litigasti. Job 33:
6 13. בִּינוֹתִי pro הֲבִינוֹתִי intellexi. וְדִיגוּם pro הֲשֵׁת וְהֲדִיגוּם Jerem. 16: 16. שִׁית pro הָשִׁית vel הָשֵׁת pone. בִּין pro הָבִין intellige. בִּינָה pro הָבִינָה considera. רִיבָה litiga pro הָרִיבָה Tale שִׂישִׂי pro הָשִׂישִׂי gaude. שִׂימִי pro הָשִׂימִי pone. לִינִי pernocta. לִינוּ pernoctate. שִׂישׂוּ gaudete. רִיבוּ litigate. שִׁירוּ cantate. דִּינוּ judicate. בִּינוּ intelligite.
7 חִילוּ dolete. נִירוּ novellate. גִּיל exultare. שִׁית ponere. רִיב litigare. שִׂים ponere. בְּגִיחוֹ quum erumperet. בְּגַלוֹתוֹ quum deportaret. בְּדִישׁוֹ quum trituraret. בְּהִלּוֹ quum lucere faceret. pro בְּהַהִלּוֹ Job. 29: 2. בְּהָרֹג pro בְּהַהֲרֹג in occidi. נִשְׁאוֹל postulando. נִכְסֹף desiderando. נִגֹּף נִשֹׁל חַ נִגְל ה Psalm. 2: 27. נִגְלוֹת retegere se. נִדְמֹה exscindendo. נִלְחָם pro הִלָּחֵם pugnan-
8 do. Judic. 11: 25. נִלְווּ adhærete, pro הִלָּווּ Jerem. 50: 5. נִקְבְּצוּ congregamini. Joël. 4: 3. pro הִקָּבְצוּ.

9 Aufertur etiam ה initialis litera post ה finalem, ut אַתָּה הָיִיתָה מוֹצִיא 2. Sam. 5: 2.

Ra-

10 Rariùs ablatum est, in præterito רַד pro יָרַד descendit. צָקוּן pro יָצְקוּן fuderunt. In futuro כִּי־נַשַּׁנִי pro כִּי־יְנַשַּׁנִי quia oblivisci me faciet
11 *Deus*. Genes. 41: 51. In adpellativo פֶּה os, oris, quod scribitur loco יְפֶה dictumque est à pulcritudine, ut עֲדִי quod pariter os & ornamentum denotat, ab
12 עָדָה ornavit. Frequentiùs in Imperativis, ut שֵׁב sede. הַב dato. לֵךְ vade. צַק funde. & Infinitivis, שֶׁבֶת sedere, לֶדָה parere, רֶדֶה descendere. שׁוּב manere.

13 IN PROPRIIS frequentissimè ablatum Joth, ut in אֲזַנְיָה Azanja, Nechem. 10: 10. Integrum enim יַאֲזַנְיָה Jaazanja, quod legitur Jerem. 35: 3. בֶּרֶכְיָה Berecja, & בֶּרֶכְיָהוּ Berecjahu, quæ orta ex integris יְבֶרֶכְיָה Jeberechja & יְבֶרֶכְיָהוּ Jeberechjahu. 1. Par. 3: 20. Nech. 3: 4. 1. Paral. 15: 17, 18. 2. Paral. 28: 12. חִזְקִיָּהוּ Chizkijahu, pro יְחִזְקִיָּהוּ i. e. יְחַזֵּק יְהוָֹה retinuit vel confirmavit Dominus. 2. Reg. 16: 20. חִיאֵל Chiel, 1. Reg. 16. ult. pleniùs scribitur יְחִיאֵל Jechiel, i. e. יְחִי אֵל הִים Vivit Deus. 2. Paral. 31: 13. & 29: 14. Ezr. 8: 9. חֻבָּה Chübba, 1. Paral. 8: 34. idem vocatur יְחֻבָּה Jechübba. vid. Arcan. Kethib p. 91. כָּנְיָהוּ Conjahu, integrum nomen eidem Regi impositum, יְכָנְיָה Jeconja, i. e. יָכוֹן יָהּ disponat sive dirigat Dominus. עֲזִיאֵל Haziel, qui pleniori effatu dictus יַעֲזִיאֵל Jahaziel. 1. Par. 15: 18, 20. קַבְצְאֵל Kabtseel, urbis nomen, 2. Sam. 23: 20. pro יְקַבְצְאֵל Je-

kabtſeel, quo nomine adpellatur Joſu. 15:21. Nechem. 11: 25. דְּעוּאֵל Dehuel, i. e. יָדְעוּ אֱל הִים novit Deus. חוּשַׁי Chuſchaj, i. e. יָחוּשׁ י׳ feſtinabit Dominus. מַלּוּכוּ Melicu, i.e. יַמְלִיכוּ אֱל הִים Regem conſtituet Deus. עִירוּ Hiru, filius Caleb. i. e. יָעִירוּ אֱל הִים ſuſcitabit vel evigilabit Deus. 1. Par. 4: 15. בֵּצַי Betſaj, viri nomen. i.e. יָבֵץ יָה ut byſſum, vel, ut ova dealbabit Dominus. Ezræ 2: 17. בֵּסַי Beſaj. pro integro יָבֵס י׳ proculcabit Dominus. Viri nomen. Nech. 7: 52. קִישׁ Kiſch pro יָקִישׁ irretitus. Pater Saul. 1. Sam. 9: 1. רְאוּבֵן id eſt, יִרְאוּ בֵּן אֱל הִים Providet filium *Deus*. Gen. 29: 32. Plura dabit Onomaſt. Sacrum. Via XI. p. 400. & ſeqq.

Aufertur ל radicale ab Imperativo & Infini-
14 tivo verbi לָקַח h. m. קַח accipe, maſc. pro æque uſitato לְקַח Exod. 29: 1. קְחִי accipe fæm. קְחוּ accipite. קַחַת accipere, & ſemel קַחַת accipere. 2. Reg. 12: 8. Bis in præterito קַח accepit, pro לָקַח Ezech. 17: 5. קָחֵם accepit eos. Hoſ. 11: 3.

Aufertur in Propriis MEM participii & No-
15 minis: אוּזָל Uzal, pro מְאוּזָל qui profectus eſt. Gen. 10: 27. חַוָּה Chavva, Eva, pro מְחַוָּה quæ vivificat: Mater viventium. Gen. 3: 20. חַוּוֹת יָאִיר pro מְחַוּוֹת יָאִיר matres viventium ſeu vivaria Jairi. 1. Reg. 4: 13. בֵּית פַּצֵּץ Beth Patſets, i. e. בֵּית מְפַצֵּץ domus diſſipantis. Urbs Jiſſacaritarum. Joſ. 19: 21. Eadem τῆς מ aphæreſis in חֻבִּי, quod ſcr

scriptum loco מְחַכֵּי præstolantes. Hose. 6: 9.

NUN scheva mobili afficiendum Infinitivorum 16
& Imperativorum in sequentibus aufertur: קֹב
maledicendo, pro נְקוֹב, & שׂוֹא efferendo pro נְשׂוֹא.
גֶּשֶׁת pro נְגֹשֶׁת accedere. שְׂאֵת pro שְׂאֵת Gen. 36:7.
vel pro שְׂאֵת Gen. 49:3. גַּעַת attingere. Ezech. 17:
10. לָטַעַת ad plantandum pro לִנְטֹעַת Ezech. 17:
10. פַּחַת sufflare. Ez. 22: 20. תֵּן dare, pro נְתֹן 1.
Reg. 17: 14. תְּנָה ponere pro נְתֹנָה. Formam תֵּן
imitatur Imperativus תֵּן da: תֵּת dare, pro
נְתֹנֶת. Porrò תִּתֵּן dare, 1. Regum 6. vs. 19.
componitur ex duabus formis Infinitis תֵּת תֵּן
confer Kethib & Keri 1. Reg. 17: 14. IMPERATIVI
sunt: גַּשׁ vel גֶּשׁ unde גֶּשׁ־ accede. Gen. 19: 9. גַּע 17
tange. פַּח suffla. טַע planta. שַׁל decute. שַׁק oscu-
lare. וּשְׁקָה & osculare. Genes. 27: 26. גֹּשִׁי
accede. fæm. Ruth 2: 14. פְּחִי suffla. תְּנִי da. fæm.
Gen. 30: 14. גֹּשׁוּ Gen. 45: 4. & גְּשׁוּ accedite. Jos.
3: 9. סְעוּ proficiscimini. שְׂאוּ tollite. תְּנוּ date. שָׂא
pro נְשָׂא sume. Semel Nun à præterito ablatum 18
תַּתָּה dedisti. 2. Sam. 22: 41. pro נָתַתָּה quod est
in loco parallelo, Psalm. 18: 41.

Nun schevandum aufertur etiam à Nomini- 19
bus, & quidem adpellativis, ut שִׂיג insectatio, pro
נְשִׂיג & שִׂיא elatio, pro נְשִׂיא, & זֵר corona pro נֵזֶר
& סְעָה profectio pro נְסוּעָה Psalm. 55: 9.

A Propriis perit in גִּינַת Ginath, qui fuit Pa- 20
ter Thibni. pro נְגִינַת modulatio 1. Reg. 16: 21.

Idem

Idem patitur דִיפַת Diphath , Viri nomen. pro נְרִיפַת impulsio. Gen. 10: 3. צִיבָא Tziba , Sauli Servus. 2. Sam. 16:4. pro נְצִיבָא vel נְצִיבָה statio, vel statua. שִׂיאוֹן Sion, montis nomen, Deut. 5: 5. vel 4: 48. pro integro נְשִׂיאוֹן ab altitudine.

DE APHÆRESI PRÆFIXARUM SERVILIUM בוכלם.

21 ב aufertur ante seipsum, sed liberè, ut בֵּית לֶחֶם 2. Sam. 23: 14. pro quo scribitur loco parallelo בְּבֵית־לֶחֶם 1. Par. 11: 16. בֵּית יַעַר הַלְּבָנוֹן 1. Reg. 10: 17. in parallelo בְּבֵית יַעַר הַלְּבָנוֹן 2. Paral. 9: 16. בֵּית יְהוָה 2. Reg. 22: 5. in parallelo בְּבֵית יְהוָה Jerem. 52: 11. Clausit בָּשָׂר pro בְּבָשָׂר carne. Genes. 2[illegible]1. בֵּית אָבִיו domus patris sui. pro בְּבֵית אָבִיו *in* domo patris sui. Jesai. 3: 6.

22 ב Aufertur post seipsum, כִּי־עָרַב זָר pro כִּי־ עָרַב בְּזָר quum spondet pro extraneo. Prov. 11: 15. Anima mea inter leones, אֶשְׁכְּבָה לֹהֲטִים pro אֶשְׁכְּבָה בְּלֹהֲטִים jaceo *inter* incendiarios. Psalm. 57: 5. וּבָא אָלָה & veniet *cum* execratione ad altare tuum. 1. Reg. 8: 31. קוֹל יְ חֹצֵב לַהֲבוֹת אֵשׁ Vox Domini cædit *cum* flammis igneis. Psalm. 29: 7.

ב Aufertur ante literam sequentis syllabæ con-
23 generem, ut, lapidarunt eum אָבֶן pro בְּאָבֶן Levit.
24: 23.

24: 23. ואַחַר כָּבוֹר תִּקָּחֵנִי & postea *in* gloriam assumes me. Psalm. 73: 24. חֶשְׂפִּי שֹׁבֶל denuda pedes *ad* semitam. Jesai. 47: 2. הָלְכוּ שְׁבִי abierunt *in* captivitatem. Proverb. 20: 2. Ut gesto in sinu meo כָּל־רַבִּים עַמִּים omnes magnos *in* gentibus, i. e. cumulum opprobrii maximarum gentium. Psalm. 89: 50. לְהָשִׁיב אֲמָרִים אֱמֶת ut referas sermones *in* veritate. Prov. 22: 21. אֲנִי חָכְמָה שָׁכַנְתִּי עָרְמָה Ego sapientia habito *cum* prudentia. Et omne quod vocavit Adam⁹ נֶפֶשׁ *ex* anima vivente. Gen. 2: 19. חַטַּאת נַפְשִׁי pro בְּחַטַּאת נַפְשִׁי pro transgressione animæ meæ. Mich. 6: 7. חוֹטֵא נַפְשׁוֹ peccat *in* vitam suam. Prov. 20: 2. Morbo affecerunt חֲמַת מִיָּיִן pro בְּחֵמַת מִיָּיִן utre vini. Hos. 7: 5. Et adolebit הַמִּזְבֵּחַ pro בְּהַמִּזְבֵּחַ *in* altari. Levit. 6: 8. Et posuit improbos קִבְרוֹ, id valet, בְּקִבְרוֹ ad sepulcrum ejus, ac ditatum mortibus ejus. improbos, i. e. milites Romanos; ditatum mortibus, i. e. ditatum reticentiâ resurrectionis Dominicæ, fictâque corporis ablati famâ. Esa. 53: 9. הָעִיר הַיֹּצֵאת אֶלֶף civitas, quæ procedit *cum* mille. Amos 5: 3. מִן הָרָמָתַיִם צוֹפִים Ex Ramathajim *in* tractu Tzophæorum. 1. Samuel. 1. vs. 1. חֶרֶב pro בְּחֶרֶב gladio consumemini. Jesa. 1: 21.

Sic ב aufertur ante contiguum מ, Et ecce fæmina cubabat מַרְגְּלֹתָיו i. e. בְּמַרְגְּלֹתָיו ad stragulas pedales ejus. Ruth 3: 8. Et comedite eam מַצּוֹת i. e. בְּמַצּוֹת *cum* azymis. Lev. 10: 12. Filiæ 24

Moabi

Moabi, מַעְבְּרוֹת לְאַרְנוֹן i. e. בְּמַעְבְּרוֹת לְאַרְנוֹן *apud* transitus Arnon, Esai. 16: 2. כֶּסֶף מְחִירָהּ argentum *pro* pretio ejus. Job. 28: 15. גֶּבַע מָלוֹן לָנוּ Gebahi *in* diversorium diverterunt. Jesa. 10: 29. Audivi sermonem multorū in famem מָגוֹר מִסָּבִיב *de* Magor-missabib. Jerem. 20: 10. Post contiguum ם, ut אָז לָחֶם שְׁעָרִים tunc bellator *in* portis. Jud. 5: 8. גַּרְתִּי מֶשֶׁךְ peregrinus sum in Mesechitis. Psalm. 120: 5.

25 ב Aufertur ante פ, ut פֶּתַח שַׁעַר *in* ostio, vel, ad ostium portæ. Jud. 9:44. & videbo פְּנֵי אֱלֹהִים i. e. בִּפְנֵי אֱלֹהִים Psalm. 42: 3. פָּנִים אֶל פָּנִים *in* facie ad faciem. Deut. 34: 10. An dabo primogenitum meum פִּשְׁעִי i. e. בְּפִשְׁעִי pro peccato meo. Mich. 6:7. נְאֻם פֶּשַׁע לָרָשָׁע pro נְאֻם בְּפֶשַׁע לָרָשָׁע Verissimè dictum *contra* defectionem improbi. Psalm. 36: 2.

26 ב Aufertur post ך finale. ut, melior est מְלֹא כַף בְּנַחַת plenitudo volæ *cum* quiete. Ecclesiast. 4. ℣s. 6.

27 ב Aufertur post Vav. Incurvat se, ut irruat, בַּעֲצוּמָיו חֵלְכָאִים cum validis suis *in* turbam attritorum. Psalm. 10: 10. רִיבוּ אַלְמָנָה litigate *pro* vidua. Esai. 1: ℣s. 17. נִרְוֶה דוֹדִים pro נִרְוֶה בְדוֹדִים ubertim expleamur amoribus. Proverb. 7: 18. הֱוֵה אָרֶץ Esto *in* terra. Job. 33: 25.

28 ב Aufertur post Mem finale. Plenitudo תְּפָנִים

חָפְנַיִם עָמָל pugnorum *cum* labore. Eccles. 4: 6.
בַּיָּם צָרָה per mare *cum* angustia. Zach. 10: 11.
וַחֲרָמִים לִבָּם & retia *in* animo ejus. Proverb.
7: 27.

ב Nonnunquam aufertur ante locorum vel 29
temporum vocabula, ut venit יְרוּשָׁלַם Hieruso-
lyma. 2. Reg. 25. pro quo in parallelo Jerem. 52:
12. Venit בִּירוּשָׁלַם in Hierosolyma. תְּחִלַּת
קָצִיר initio messis, pro quo in alio codice lectum
בִּתְחִלַּת קָצִיר in initio messis. 2. Samuel. 21: 9.
וָאָקוּם לַיְלָה & surrexi *in* nocte. Nechem. 2: 11.
רֶגַע אֶחָד *in* vel *per* momentum unum. Exod.
33: 5.

ב Etiam aufertur, quando ἀπὸ κοινοῦ repeti po- 30
test. Contra Babelem & *contra* brachium suum
Chaldæos. Esai. 48: 14.

Non est Ellipsis τοῦ ב ante עֵין יַעֲקֹב Deut. 33: 31
28. Ita enim reddendus est locus: Et habitabit
Israël, *habitabit* securè & solus fons Jacobitarum,
in terra frumenti & musti. Vav ante congenerem aufertur, & habitavit Israël בֶּטַח בָּדָד pro
בֶּטַח וּבָדָד *in* securitate & solus fontem Jacobi
Deut. 33: 28.

VAV post congenerem literam aufertur, יָמִים 32
אַרְבָּעָה חֳדָשִׁים annum & quatuor menses. Judic. 19: 2. כֶּרֶם זַיִת Jud. 15: 5. Non est vinea olivarum, ut Thalmudici volunt, sed vineæ & oliveta. Supplenda enim conjunctio. Bochartus P. I. Hier. fol. 854. אִישׁ שִׁלְחוֹ הַמָּיִם Unusquisque cum

telo

telo suo & aqua. Nechem. 4: 17. עַל־דְּבַר אֱמֶת
עַנְוָה צֶדֶק, pro עַנְוָה וָצֶדֶק propter veritatem,
mansuetudinem, & justitiam. Psalm. 45: 5. עֵקֶב
עֲנָוָה יִרְאַת יְהוָה Præmium mansuetudinis & reverentiæ Domini, sunt divitiæ, & honor, & vita. Prov. 22: 4.

33 Vav medium quiescens inter duo alia eliditur; ut עָדָיו יָבוֹא וְיֵבֹשׁוּ pro עָדָיו יָבוֹא וְיֵבֹשׁוּ contra ipsum venient & erubescent. Jesa. 45: 24.

34 Vav inter ▭ & מ aufertur, ut, obliviscitur eum, רֶחֶם מְתָקוֹ pro רֶחֶם וּמְתָקוֹ uterus, & dulcis ei est vermis. Job. 24: 20.

35 Vav conversivum sæpius auferri docent hæc parallela: יִפְּלוּ cadant. Psalm. 18: 39. וַיִּפְּלוּ 2. Samuel. 22: 39. & cadant. תְּפַלְּטֵנִי liberas me. Psal. 18: 44. וַתְּפַלְּטֵנִי 2. Sam. 22: 44. sic liberas me. יְהוָה אֱלֹהַי יַגִּיהַּ Dominus Deus meus splendentes efficit. Psalm. 18: 29. וַיהוָה יַגִּיהַּ 2. Sam. 22: 29. & Dominus illustrat. יִגָּלוּ reteguntur 2. Sam. 22: 16. וַיִּגָּלוּ & retegerentur. Psalm. 18: 16. יָשֶׁת חֹשֶׁךְ סִתְרוֹ posuit tenebras latibulum suum. Psal. 18: 12. וַיָּשֶׁת חֹשֶׁךְ סִתְרוֹ & posuit tenebras latibulum suum 2. Sam. 22: 12.

36 Vav non aufertur in לְדוֹר דּוֹר Prov. 27: 24. posterius enim דּוֹר vim habet genitivi: In ætatem ætatis.

37 Caph post seipsum aliquando aufertur, ut עַמֵּךְ נָשִׁים pro עַמֵּךְ כְּנָשִׁים populus tuus sunt *sicut* mulieres. Nachum 3: 13. עֵינַיִךְ יוֹנִים pro
עֵינַיִךְ

עֵינַיִךְ כְּעֵינֵי יוֹנִים oculi tui sunt sicut oculi columbarum. Cantici 1: 15. וּכְעַמְּךָ עַמִּי 2. Par. 18: 3. pro וּכְעַמְּךָ כְּעַמִּי ut habetur 1. Reg. 22: 4. כֶּסֶף pro כְּכֶסֶף similis argento. Prov. 10: 20. Omnes munitiones tuæ *sicut* ficus. Nahum. 3: 12. Si vir, qui vadit *instar* venti, & falsus mentiatur. Hose. 2: 11. Qui prodit arcanum, & qui ambulat *cum* detractore. Prov. 20: 19. לֹא תֵלֵךְ רָכִיל non ambulabis, *ut* detractor. Lev. 19: 16.

Aufertur כ post congenerem. Facientes improbitatem קַשׁ pro כְּקַשׁ *instar* stipulæ. Malach. 3: 19. וְצַדִּיק יְסוֹד עוֹלָם & justus, ut fundamentum seculi. Prov. 10: 25. 38

Sæpius כ nullâ congenere literâ vel præcedente vel sequente aufertur. ut, scutum Sauli בְּלִי מָשִׁיחַ pro כִּבְלִי מָשִׁיחַ quasi minimè unctum. 2. Sam. 1: 21. כְּפֶרֶא אָדָם Erit ipse *sicut* onager hominum, i. e. inter homines, manus ejus erit contra omnes, & manus omniū contra eum. Gen. 16: 12. Onager, liberum animal, neque loris adstringi, neq; clamore boum instar ad servilia opera incitari se patitur. Job. 39: 5, 6, 7 Oleum effunditur, pro, *ut* oleum effunditur. Cantic. 1: 3. & sedebit, *ut* conflans & purgans, Malach. 3: 5. & clamavit *ut* leo. Jesa. 21: 8. Tsijon, *ut* ager arabitur. Mich. 3: 12. *tanquam* ad serotinam. Job. 29: 23. Ecce, *ut* onagri. Job. 24: 5. *Ut* scorias abolevisti improbos terræ. Psalm. 119: 129. 39

40 ל Ante seipsum aufertur, ut, percussisti omnes inimicos meos לֶחִי i. e. לַלְּחִי super maxillam. Psal. 3. ℣s. 8.

41 ל Ante ל sequentis syllabæ aufertur, לַמְרוֹת עֶלְיוֹן pro לְמְרוֹת לְעֶלְיוֹן rebellando contra excelsum. Psalm. 78: 17. Convertuntur לֹא עַל i. e. לֹא לְעַל non ad excelsum. Hose. 7: 16.

42 ל initiale ante ל finale ejusdem vocis aufertur: Mittite agnum מֹשֵׁל-אֶרֶץ pro לְמֹשֵׁל-אֶרֶץ Dominatori terræ. Jesa. 16: 1.

43 ל post ל vocis præcedentis הַמַּבּוּל מַיִם pro הַמַּבּוּל לַמַּיִם diluvium aquæ. Gen. 6. 17. אֶגְלֶה אָזְנְךָ revelabo *ad* aurem tuam. Ruth. 4: 4. Josu. 33: 16. וְכָל הֹלֵךְ אָמְרוּ & omni ambulanti dixerunt. pro וּלְכָל Jer. 31:17. עַד מָתַי לֹא יוּכְלוּ נִקָּיוֹן quo usque non valebunt *pro* innocentia? Hos. 8: 5: לִפְדּוֹת לוֹ עָם 1. Par. 17: 21. pro לִפְדּוֹת לוֹ לְעָם 2. Sam. 7: 23.

44 ל ante מ, ut מִן הַיּוֹם 1. Par. 17: 5. pro quo in parallelo scriptum לְמִיּוֹם 2. Sam. 7: 6. מֵאִישׁ וְעַד אִשָּׁה 1. Paralip. 6: 3. pro לְמֵאִישׁ וְעַד אִשָּׁה in textu parallelo 2. Sam. 6: 19.

45 Mem ante seipsum aufertur. Et hasta ejus erat infixa humo מְרַאֲשֹׁתָיו pro מִמְּרַאֲשֹׁתָיו *apud* cervicalia ejus. 1. Samuel. 26. ℣s. 8. Frustra sunt, qui Mem per Scheva loco Tsere præfixum esse contendunt. חָלְקוּ מַחְמָאֹת mollia sunt *præ* bu-

tyri-

tyrinis. Psalm. 55: 22. ut observetis observationem domus מַסָּח ab irruptione. 2. Reg. 11:6. וְכִי אֲנַחְנוּ מְקַטְּרִים quum autem nos (inquiunt Judaicæ fæminæ) *inter* adolentes sumus. Jerem. 44: 19. Et indignatio ejus תִּהְיֶה מֵבִישׁ erit *contra* pudefacientem. Proverb. 14: 35. Vanitas impulsa מְבַקְשֵׁי מָוֶת *inter* eos, qui quærunt mortem. Prov. 21: 6. Aufertur etiam, ubi vox desierit in congeneres labiales, ut עַד יִקּוֹם גּוֹי אֹיְבָיו donec ulcisceretur se gens *de* inimicis suis. Jos. 10: 13. pro מֵאֹיְבָיו.

46 Porrò מ post similem præviam aufertur: אָבַד זִכְרָם הֵמָּה periit memoria eorum *ab* ipsis. Ps. 9:7. הִשָּׁמְרוּ לָכֶם עֲלוֹת cavete vobis *ab* ascendi in montem. Exod. 19: 12. וָאֹצֶם אֲחִיָּה i. e. מֵאֲחִיָּה & Otzem *ex* Achija. 1. Par. 2: 25. מִי יָקוּם יַעֲקֹב i. e. מִי יָקוּם מִיַּעֲקֹב quis surget *ex* Jacobo? Amos 7: 5. לְבִלְתִּי עֲשׂוֹת עִמָּכֶם נְבָלָה ne faciam vobis *secundum* stultitiam vestram. Job. 42: vs. 8. similis locutio מִדַּרְכָּם אֶעֱשֶׂה אוֹתָם secundum vias eorum faciam eis. Ezech. 7: 27. חֲכָמִים מְחֻכָּמִים sapientes *præ* sapientiam edoctis. Proverb. 30: 24.

47 מ ante ב aufertur, ut Dodo בֵּית לֶחֶם *ex* Bethlechem. 2. Sam. 23: 24. additur idem in parallelo 1. Par. 11: 25. Donec vendicata esset gens אֹיְבָיו pro מֵאֹיְבָיו *ab* hostibus suis. Josu. 10: 13. וְהִיא כְתוּבָה פָּנִים & illud scriptum *ab* ante. Ezech. 2: 10.

48 מ ante פ aufertur. itaq; pro מִפָּנִים 2. Sam.

10: 9. in loco parallelo 1. Paral. 19: 10. legitur פְּנִי□ i. e. ante.

49 מ ante אֵת particulam ſæpe aufertur. Oſtendit ei DOMINUS omnem terram אֶת־הַגִּלְעָד עַד־דָּן i. e. מֵאֶת־הַגִּלְעָד *inde* à Gilhade usque ad Dan. Deut. 34: 1. Exegit argentum & aurum אֶת־עַ□ i. e. מֵאֶת־עַ□ à populo. 2. Reg. 23: 35. Quum iret אֶת־צִדְקִיָּהוּ *à* Tzidkijahu. Jerem. 51: vſ. 59. הֵ□ יצאו אֶת־הָעִיר pro מֵאֶת־הָעִיר Gen. 44: 4. לְשַׁלְּחוֹ אֶת הַיַּרְדֵּן ut dimitteret eum à Jardene, quæ lectio inſinuatur per Kethib, 2. Sam. 19: 32. Altera lectio fuit לְשַׁלְּחוֹ בַּיַּרְדֵּן, ut mitteret eum per Jardenem. Hilaritates אֶת־פָּנֶיךָ i. e. מֵאֶת־פָּנֶיךָ *à* facie tua *procedunt*, amœnitates ad dexteram tuam, æternum: von deinem Angeſicht geht Freude die Fülle/ und iſt liebliches Weſen zu deiner Rechten ewiglich. Pſalm: 16: 11.

50 מ Præpoſitio ἀπὸ κοινοῦ repetenda aufertur: conſilium agitant, ſed non ex me; tegunt ſe tegumento, ſed non *ex* ſpiritu meo. Jeſa. 30: 1. Quem redemiſti tibi ab Ægypto *à* gentibus, & *à* Diis ejus. 2. Samuel. 7: vſ. 23.



CAP. XVI.

CAPUT XVI.

DE LITERARUM ELISIONE.

Summa.

Elisio literarum ante seipsas. Elisio in compositis repetendarum. Elisio literarum affinium. De elisione cum semiparva scribendi Aleph. Elisio Aleph cum Scheva muto. De Aleph prima radicali cum pathach exclusa. De Aleph tertia radicali, quæ cum pathach ejicitur. He sæpius post Scheva mobile elisum. Elisio, י ת נ ל, Mem dualis ac pluralis notæ; elisio terminationis נָה servilis. Promiscua scriptio Joth quiescentis.

Regula I.



Itera elisa intelligitur, quæ à voce vel prorsus exulat, vel etiam scripta non pronunciatur, ut א in רֵשִׁית Deut. 11:2. & in רֵאשִׁית Deut. 18:4. 1

DE ELISIONE RADICALIUM ANTE SEIPSAS.

Regula II.

Intra dictionem simplicem continuò legenda literа propter sonum meliorem vel in א mutatur, ut בָּזְאוּ diripuerunt pro בָּזְזוּ. vid. Onomast. Sacr. p. 424. vel, quod est loci hujus, excluditur, ut תִּתַּמָּם integrum te exhibes, pro תִּתְתַּמָּם Psalm. 18:26. 2

תִּתַּבָּר mundum exhibes te, pro תִּתְבָּרַר 2. Sam. 22: 27. תִּתַּפָּל eluctaris, pro תִּתְפַּתָּל ibidem. הִתַּמְּהוּ admiramini, pro הִתְתַּמְּהוּ, Hab. 1: 5. יְדִיתוּן pro יְדִידוּתוּן Nech. 11: 17. מִפְּנִינִים pro מִפְּנִינִים à margaritis. Vid. Onomast. Sacr. p. 423. הַשּׁוּפָמִי Schuphamæus, pro integro הַשְּׁפוּפָמִי primitivum quippe שְׁפוּפָם Viri nomen. Num. 26: 39. בְּדָן pro בְּדָדָן à בָּדָד solus. 1. Sam. 12: 11. הֶחֳדַלְתִּי an cessare facerem? pro הֶהֶחֳדַלְתִּי Judic. 9: 11.

Regula III.

3 Defectus elisæ literæ schevatæ, quoad ejus fieri potest, per dages forte notatur, ut רַבָּה multa fuit. רֹמּוּ attollunt se. תִּשְׁכֹּנָּה habitabunt. יִסְּרַנִּי erudivit me, pro יִסְּרַנְנִי Psalm. 118: 18. נִמּוֹל circumcisus fuit pro נִנְמוֹל Gen. 17: 26. נִתַּן datus fuit pro נִנְתַּן Lev. 19: 20. נִתְּנוּ disposita sunt. Ezech. 32: 23.
4 Compensari autem Dages nequit 1. in literis ultimis, ut יָבוֹל pabulum dabit. נָמַס liquefactus fuit. אֵיתָם integer ero. פַּת frustum,
5 pro פֶּתֶת. sic מְשָׁרַת pro מְשָׁרֶתֶת. 2. Nequit in gutturatis, ut נִחַם consolationem accepit, pro נִנְחַם 2. Sam. 13: 39. נִחֲתוּ demissæ sunt, pro
6 נִנְחֲתוּ Psalm. 38: 3. Nec 3. post Joth mediam radicalem exclusam, ut קָמוּ surrexerunt, pro קִימוּ & רָמָה excelsa fuit, pro רָיְמָה ex quo natum רָאֲמָה
7 Zach. 14: 10. Nec 4. post Joth quiescentem, ut וַהֲמִיתִיו & occidi eum, pro וַהֲמִיתִתִּיו 1. Sam. 17: 35. Sæ-

Sæpius, quo vocabulum originis ſuæ veſti- 8
gium ſervaret, literâ ſilente, ſcriptura manet, נשאים
קֹרְאִם pro קֹרְאִים Pſalm. 99: 6. נשאים
pro נֹשְׁאִים fœnerantes. Nech. 5: 7. בּוֹדָם pro
בּוֹדְאָם effingens ea. Nech. 6: 8. וַיָּאת pro וַיֵּאת
Jeſa. 41: 25. יְחֶזְקֵאל pro יְחֶזְקֵאל Prophetæ nomen.
Sic etiam ſcribitur ה mutum חֲזָהאֵל Chazael.
עֲשָׂהאֵל Haſa'el. Sic ש in יִשָּׂשכָר Jiſſacar mutum,
innuit ex duobus his membris יִשָּׂא שָׂכָר coortum
eſſe nomen Jiſſacar; & Joth ſuperfluum in מְחִייָאֵל
Mechijael, notat Joth nominis divini abolitum, &
conſtare hoc vocabulum ex tribus integris vocibus
מחי יָהּ אל deletio Domini Dei. Gen. 4: 18. Aleph
ſilentis ac ſcripti exempla plura ſtatim afferemus.

REGULA IV.

In dictione ſimplici excluſa radicalis media, 9
punctum ſuum adjicit primæ, ut יָסֹב pro יִסְבּוֹב
circumdabit, יָסֹבּוּ pro יִסְבְּבוּ circumdant. נָסַב pro
נִסְבַב circuivit. יִסּוֹב Pſalm. 114: 3. pro יִסָּבוֹב. Sæ-
pius enim Niphal in Cholem quoque finitur. Vide
Infinitivum & Præteritum Kal integri verbi.
הָסֵב pro הִסֵבֵב circuire fecit. 2. Reg. 16: 18. הָסֵב
pro הַסֵבֵב convertere. 2. Sam. 3: 12. יַסֵב circum-
ducet, pro יְסַבֵב Exod. 13: 18. תַּתֵּם pro תַּתְמֵם
perficies. תַּמֵר pro תַּמְרֵר exacerbas. יַתֵּם pro
יְתַמֵם abſolvet. נִחַלְתְּ profana effecta es, pro
נִחְלַלְתְּ Ezech. 22: 16. נָסַב pro נִסְבַב excluſâ ſcil.
conjugationis characteriſticâ, & (:) propter toni

DE ELISIONE RADICALIUM נ & ת ANTE SERVILES SIMILES.

REGULA VI.

Ultima radicalis ante ſervilem ſimilem 12
eliditur, defectu per dages compenſato. Sic Nun excluditur ante ſeipſum, ut in הִכִּנּוּ comparavimus. in לַנּוּ pernoctavimus pro לַנְנוּ Jud. 19: 13. נָתַנּוּ pro נָתַנְנוּ dedimus. נִתַּנּוּ pro נִנְתַּנְנוּ dati ſumus. נִשְׁעַנּוּ pro נִשְׁעַנְנוּ innitimur. תִּשְׁכֹּנָּה habitabunt. תֵּאָמַנָּה nutrientur. הַאֲזִנָּה pro הַאֲזִנְנָה attendite.

REGULA VII.

Nun epentheticum ante aliud Nun ſer- 13
vile eliditur, defectu per dages notato: ut יְסְּרַנִּי pro יְסְּרַנְנִי erudivit me, Pſalm. 118: 18. תְּבָרְכֶנִּי pro תְּבָרְכֶנְנִי benedicat mihi. Gen. 27: 9, 31. דָּנַנִּי judicavit me, pro דָּנַנְנִי Gen. 30. תַּעֲנֶנָּה pro תַּעֲנֶנְנָה, quod ſine epentheſi ſcribitur תַּעֲנֶינָה reſpondebant. Judic. 5: 29. אַיֶּכָּה ubi es tu? pro אַיֶּנְכָה ex אַיֵּה abſoluto.

REGULA VIII.

Thav ſchevatum radicale ante ſocium 14
ſervilem exſtirpatur, defectu per dages notato: ut מַתָּה pro מַתְתָּ mortuus es. שַׁתִּי poſui, pro שַׁתְתִּי, & שַׁתָּה pro שַׁתְתָּ poſuiſti. נִצְמַתִּי, pro נִצְמַתְתִּי excíſus ſum. נִבְעַתִּי, pro נִבְעַתְתִּי con-

 ſter-

ſternatus ſum. הֵמַתָּ pro הֲמִתַּתָּ morte affeciſti. הַשְׁבַּתִּי pro הִשְׁבַּתְתִּי ceſſare feci. הִצַּתִּי pro הִצַּתְתִּי accendi. מוֹתַתִּי pro מוֹתַתְתִּי morte affeci. הַחִתַּתִּי natum eſt ex integro verbo הַחְתַּתְתִּי formæ הֶאֱכַלְתִּי, hinc pathach in Scheva converſo factum הַחְתַּתְתִּי, ac ת ante ſeipſum exturbato הַחִתַּתִּי conſternatum reddidi. Jeſai. 49. vſ. 37. הֲמִתֶּם interfeciſtis pro הֲמִתַּתֶּם ex forma verbi שְׁאֶלְתֶּם petiiſtis. Num. 16: 14. וַהֲמִתֶּן & interficietis, pro וַהֲמִתַּתֶּן Exod. 1: 16.

DE ELISIONE ת & י SERVILIUM ANTE SERVILES CONSIMILES.

REGULA IX.

15 Joth ſervilis ante Joth ſervilem indifferenter ſcribitur & eliditur: ut יְהוּדִיִּים & יְהוּדִים Judæi. Eſth. 4: 7. & 9: 27. כִּתִּיִּים & כִּתִּים Kitthæi. Jeſai. 23: 12. Gen. 10: 4. לוּדִיִּים & לוּדִים Ludæi. 1. Paral. 1: 11. פְּלִשְׁתִּים & פְּלִשְׁתִּיִּים Palæſtini. צִיִּם pro צִיִּים Num. 24: 24. Dan. 11: 30. הָעַרְבִים pro הָעַרְבִיִּים Arabes. Nech. 4: 1. כּוּשִׁים 2. Par. 12: 3. vel כֻּשִׁים ſine Dages. Dan. 11: 43. & כֻּשִׁיִּים Cuſæi, Cuſo geniti, Amos 9: 7. אֲרַמִּים & אֲרַמִּיִּים Idumæi. 2. Par. 25: 14. 1. Reg. 11: 17.

DE ELISIONE LITERARUM IN COMPOSITIS REPETENDARUM.

RE-

REGULA X.

2. Ex mobilibus literis parvaq; vocali composita syllaba, ante syllabam, quæ in literam mobilem finitur, tonum repudiat. e. gr. יִשְׁמֹר dici solet, non יִשְׁמֹר custodiet. תִּנְחָל thinchàl, non thínchal. וַיִּגַּע vajjaggàh & tetigit, nō וַיִּגַּע vajjággah. וַיַּכֶּה & percussit, non וַיַּכֶּה vajjácce. 1. Reg. 22: 24, 34. 2. Reg. 8: 21. וַיַּדַּח vajjaddàch, & impulit, 2. Paral. 21: 11. non וַיַּדַּח vajjáddach. עוּזָּה corrobora, non עוּזָּה Psalm. 68: 29. IX.

Mobilibus literis non constat penultima syllaba horum aut similium fututorum וַיַּאצֶל & separavit, וַיִּיצֶר & formavit. Gen. 2: 7. nec penultima præteritorum סַבָּה סַבּוּ circumdederunt vel similium. Nec ultima nominum אַרְצָה versus terram. קֶדְשָׁה versus Kedesch. אֹהֱלָה óhla, in tabernaculum. Tonus igitur eorum in penultimam incidere potuit. X. XI.

REGULÆ ACCENTUS DEPRESSI, IN VOCE MILLERAH.

Accentus ab ultima syllaba ad suffixi vocalem vel asyllabicam verbi terminationem demissus, magnas in fine mutabiles vertit in analogas parvas, ut עֵת עִתּוֹ tempus, tempus ejus. תֹּם תֻּמִּי integritas, integritas mea. תָּם תַּמָּה תַּמָּתִי אִמְרָךְ XII.

integer, integra mea: psallam tibi Psalm. 57: 10. עָמוֹד עָמְדְךָ stare te. Hobad. ỳ. 11. Vel parvas vertit in analogas magnas, ut שָׁלַח שְׁלָחַנִי misit, misit me; vel in Scheva, ut פָּקַד פָּקְדָה פָּקְדוּ נִפְקְדוּ visitavit. דְּבַשׁ דִּבְשִׁי mel meum.

XIII. Ob demissum ad literam servilem accentum longa vocalis ante longam, aut longa ante parvam syllabæ compositæ vertitur in semiparvam, ut גָּדוֹל magnus, גְּדוֹלִים magni; דָּבֵק דְּבֵקָה דְּבֵקִים adhærens, adhærentes; מֵקִים מְקִימִים erigens, erigentes. הֵקִים הֲקִימוֹתִי suscitavit, suscitavi. הֵמִית הֲמִיתִיהוּ occidit, occidi eum. אָבֵל אֲבֵלִים lugens, lugentes. כְּתַבְתֶּם scripsistis, אֲמַרְתֶּן dixistis. Vicissim in פָּקְדוּ פָּקְדָה & שָׁאֲלוּ & similibus, quia longam semiparva sequitur, Kamets mansit invariatum.

XIV. Accentus vocis Millerah, propter verbalem generis vel numeri terminationem depressus magnas parvasque in semiparvas migrare facit. דִּבֵּר דִּבְּרָה דִּבְּרוּ loquutus est, loquuta est, loquuti vel loquutæ sunt. אֲזַמֵּר יְזַמְּרוּ canam, cantabunt. Sic רֹדְפַי persequi me. Ps. 38: 21. פָּקַד: פָּקְדָה: פָּקְדוּ בָּחוֹר בָּחֳרִי eligere me. בְּשַׁחֲטָם in jugulando ipsos. Ezech. 23: 39. vel in semiparvas, ut שֵׁם שְׁמִי

Syllabicæ verbi primitivi terminationes, magnis gaudentes vocalibus, suffixa תָּה תִּי נוּ נָה accentum non deprimunt, ut פָּקַדְתָּ פָּקַדְתִּי פָּקַדְנוּ תִּפְקֹדְנָה Accedentia suffixa deprimunt, ut פְּקַדְתִּיו visitabo eum. שְׁאֶלְתִּיהוּ interrogavi eum.

Re-

REGULÆ ACCENTUS DEPRESSI IN VOCE PENACUTA.

Parva finalis singularium, demisso propter suf- XV.
fixum vel regimen plurale vel generis terminationem accentu, corripitur in Scheva, ut רַגְלוֹ pes ejus. מַלְכִּי rex meus, ex מֶלֶךְ rex. מַלְכֵי reges. in Chatephcamets, ut תָּאֳמֵי gemelli. Cant. 7: 3. vel in Chatephpathach, ut בַּעַל בַּעֲלָהּ בַּעֲלִי.

Parva Segol, Pathach & Chirek finales XVI.
in dissyllabis penacutis pluraliter in Kamets transeunt, ut מְלָכִים reges, ex מֶלֶךְ & נְעָרִים pueri ex נַעַר puer. חַיִל חֲיָלִים vires.

Accentus penultimæ syllabæ in penacutis XVII.
propter suffixum demissus magnas Tsere & Cholem vertit in analogas parvas, Segol, Chirek vel Kametschatuph, ut ex חֵפֶץ factum חֶפְצוֹ voluptas ejus. ex חֹזֶק robur, חָזְקוֹ robur ejus. קָדְשׁוֹ sanctitas ejus, ex קֹדֶשׁ sanctitas.

Accentus penultimæ in singularibus penacutis XVIII.
propter suffixa demissus, Pathach penultimæ retinet: Segol autem in Chirek vel in Pathach præsertim sub gutturali migrare jubet, ut נַעַרְךָ puer tuus, חַסְדּוֹ benignitas ejus, כַּרְמִי vinea mea, קִרְבּוֹ medium ejus. Propter numeri terminationem demissus, corripit ipsum Cholem vel in Scheva, ut רֹתֶם רְתָמִים juniperi; vel in Chatephcamets, ut קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים res sanctæ.

Accentus à formis חַיִל & מָוֶת propter suffixa XIX.
demissus, juxta analogiam interjecti Vav

aut Joth vocales contrahit, verbi gratia יֵינִי vinum meum, ex absoluto יַיִן vinum. חַיִל חֵילוֹ exercitus ejus. תָּוֶךְ תּוֹכוֹ medium ejus. אָוֶן אוֹנָם iniquitas eorum.

XX. Ob numeri incrementum demissus parvas Pathach & Chirek vel in (‥) contrahit, ut אַיִל אֵילִים arietes. זַיִת זֵיתִים olivæ: vel parvam priorem in Scheva vel Chatephpathach corripit, posteriorem in Camets producit, ut חַיִל חֲיָלִים exercitus. עַיִר עֲיָרִים aselli. עַיִן עֲיָנוֹת

XXI. fontes. Sed בַּיִת בָּתִּים domus pro בַּיְתִים vel בָּתִים dicitur ad differentiam בָּתִים pernoctantes.

XXII. Non deprimit Accentum paragogica vel localis litera ה. Itaque vocalis quidem cui incubuerit accentus, manet invariata; ea verò quæ tonum sequitur, in Scheva migrat: ut לַיִל לַיְלָה nox. מָוֶת הַמָּוְתָה mors. Ps.116:15. שָׁמַיִם שָׁמַיְמָה versus cœlũ.

Regulæ Accentus retracti.

XXIII. Tonus ab ultima syllaba 1. propter Vav conversivum retractus ultimæ magnas in analogas corripit, ut יֹאמַר וַיֹּאמֶר & dixit. יָחוֹם וַיָּחָם ut incalesceret. יָרוּם וַיָּרֻם & vermificavit. Ex.16: 20.

XXIV. 2. Penultimarum semiparvas accentus regius retractus juxta originis suæ analogiam producit, ut נָתַן נָתְנָה נָתָנָה dedit. Jud.5:25. צְעַק צַעֲקִי צְעָקִי: clama. Jerem. 22:20. חָרֵב חָרְבִי חָרֵבִי: exsiccare: שֹׁרֵשׁ שֹׁרְשׁוּ שֹׁרָשׁוּ: radices egerunt. שָׂמַח שָׂמְחָה שָׂמֵחָה: הִשָּׁמֵר הִשָּׁמְרוּ הִשָּׁמֵרוּ: cavete. יִפּוֹל יִפְּלוּ יִפּוֹלוּ: cadent. יֵחַתּוּ: terreantur pro יֵחָתּוּ ex primitivo יֵחַת Jerem. 17:18.

3. Se-

3. Semiparva in dissyllabis futuris mutatur in XXV.
Segol, ut יִגְלֶה וַיִּגֶל & revelavit; vel in Pathach vicarium, ut יַעֲשֶׂה יַעַשׂ faciet. תִּתְעֶה תֵּתַע errabit. Gen. 21: 14. תְּמַסֶּה וַתְּמֶס & liquescere fecisti.

4. Parvam sub formativa futuri retractus XXVI
accentus vertit in magnam, v. gr. Chirek in Tsere, ut וַתֵּרֶב & majus fuit, á תִּרְבֶּה Genes. 43: 34. תִּמָּחֶה תֵּמַח deleri sinas. Nech. 13: 14. vel invariatam relinquit, ut וַתִּבֶן & ædificavit; vel Pathach XXVII
mutat in Segol, ut וַיֶּגֶל & deportavit, ex יַגְלֶה deportabit. 2. Reg. 18: 11.

5. Scheva mobile ob retractum distin- XXIIX
ctivum migrat in Segol, ut: וַיֶּחִי & vivat, pro וַיְחִי Judic. 15: 19. כֵּלִי vas. עַבְדֶּךָ servus tuus.

6. A suffixo retractus Kamets illius vertit in XXIX.
Pathach, ut מְצָאַתַם invenit eos. Ita habent Plantiniana & Basiliensia, pro מְצָאָתַם Exod. 18: 8. בְּצַעַם divide eos. Amos 9: 1. לְכֻלָּהֶם omnibus illis. 2. Sam. 23: 6. In talibus accentûs retro- XXX.
acti caussa est euphonia.

REGULA DE ACCENTU PROTRACTO VEL EXTENSO.

Accentus protractus parvas vocales mutat in XXXI.
magnas, ut הַשָּׁמָיִם cœlum, pro הַשָּׁמַיִם Gen. 1: 1. 2: אָכָלְתָּ pro אָכַלְתָּ comedisti. Protrahitur ac- XXXII
centus, qui colon aut periodum distinguit, Athnach, Silluk, rariùs Sakephkaton vel alii.

Regulæ Accentus a præcedente voce ablati.

XXXIII Propter Makkeph ablatus accentus magnam corripit in parvam analogam; Tſere in Segol, ut אֶת־יְהוָה Dominum, pro אֵת יְהוָה. Rariùs in Chirek בִּן־נוּן Exod. 33: 11. Cholem in Kametschatuph שְׁלָשׁ־אֵלֶּה tria hæc.

XXXIV Vocum duarum ſive plurium in unam conjunctarum ultima tantùm accentu afficitur, reliquæ mutatis ferè vocalibus eo privantur, ut אַבְשָׁלוֹם Abſchalom, ex nominibus אָב & שָׁלוֹם pax. קַדְמִיאֵל Kadmiel, ex קֶדֶם æternitas & אֵל Deus. Ezr. 2: 40.

Secunda

XXXV Mutandarum Vocalium caussa est accentus tonici vicinia.

Ut פַּחַת וָפָח fovea & laqueus. וָמֵתוּ & mortui ſunt. לָנֶצַח in perpetuum. יָקוּם ſurget, pro יְקוּם & יָשׁוּב pro יְשׁוּב.

Tertia

XXXVI Mutandarum vocalium caussa est vocis decrementum.

Decreſcunt autem voces maximè ob literas fugaces א, Joth & ה, quando poſt literam ſchevatam exteruntur. Quo caſu extritæ literæ punctum occupat litera præcedens. ut כַּבִּיר pro כְּאַבִּיר potens. גֵּוָה pro גַּאֲוָה faſtus. כַּיּוֹם pro כְּהַיּוֹם post diem hunc. בַּדֶּרֶךְ pro בְּהַדֶּרֶךְ in via. יַפְקִיר pro יְהַפְקִיר & לָבִיא pro לְהָבִיא ad afferendum.

ירו

יְדוּ pro יַדּוּ projecerunt. עָרִים urbes pro עֲרִים Judic. 10: 4.

2. Propter א inter duas parvas elisum: quo xxxvii
in casu Pathach geminum contrahitur, vel in unum Pathach, ut חַטָּאת pro חַטַּאַת. vel in Kamets, ut מָצָאת invenisti, pro מָצָאַת Jesa. 57: 10. Segol geminum contrahitur in analogum Tsere, ut יֵצֵאת pro יֵצֶאֶת.

3. Propter א parvam inter & semiparvam eli- xxxviii
sum. Quo casu litera servilis vel acquirit Kamets, ut הָכִיל consumere, pro הַאֲכִיל, ut יָהֵל tentorium figet, pro יַאֲהֵל Jesai. 13: 20. ut יָאצֵל seponet, pro יַאֲצֵל Num. 11: 25. vel contrahitur in Tsere, ut בֵּאלֹהִים pro בֶּאֱלֹהִים in Deo. תֵּאתֶה perveniet, pro תֶּאֱתֶה Mich. 4: 8. vel contrahitur in Pathach, ut לַאדֹנָי pro לַאֲדֹנָי Domino.

4. Propter ה à futuris abscissum, ut וַיֶּפֶר & xxxix
fœtificare fecit, ex integro וַיַּפְרֶה Psalm. 105: 24. וַיְהִי pro וַיִּהְיֶה & fuit. וַיֵּט & extendat, pro וְיִטֶּה Zeph. 2: 13. יִשְׁתַּחוּ incurvatum se præbuit, pro יִשְׁתַּחוּ & hoc pro יִשְׁתַּחֲוֶה Gen. 48: 12. תִּשְׁתַּחוּ incurvatum se præbuit, 1. Reg. 4: 37.

5. Propter Joth mediam radicalem elisam. Quo xl.
casu vocalem extritæ literæ præcedens accipit, v. gr. קַמְתִּי pro קִימְתִּי Sic הֵפַרְתָּ irritum reddidisti, pro הֵפִירֹתָ 2. Sam. 15: 34. הֵטַלְתִּי ejiciam pro הֵטִילֹתִי Jerem. 16: 13.

6. Propter elisionem literæ geminandæ. Quo casu xli.
pariter vocalem elisæ arrogat sibi litera præcedens,

ut סַב pro סָבַב circumdedit. גַּל pro גָּלַל devolve. נָקַל leve fuit, pro נָקְלַל Jesa. 49:6. Exclusa media radicalis verbi in servilem literam finiti per dages compensatur, prima radicali acquirente vel magnam vocalem accentuatam vel parvam non accentuatam. ut רָנִּי vociferare. Thr. 2: 19. רָנִּי idem, pro רָנְנִי. Zachar. 2: 10. הֲשִׁמּוֹתָ desolasti, pro הֲשִׁמַּמְתָּ vel הֲשִׁמְתָּ Ijob 16: 7. הַחִלּוֹתִי cœpi, pro הַחִלַּלְתִּי vel הַחִלְּתִי Deut. 2: 31.

XLII. 7. Decrescit vox quando propter regimen duarũ puncta syllabarum contrahuntur, ut מוֹת יְשָׁרִים mors justorum, Num. 23: 10. בֵּית יִשְׂרָאֵל domus Jisraël, ex absolutis nominibus מָוֶת mors & בַּיִת domus.

XLIII. QUARTA

MUTANDARUM VOCALIUM CAUSSA EST IMPRESSUM VEL EJECTUM DAGES.

XLIV Impressum Dages ante se requirit vocalem parvam sine tono, aut magnam cum tono. Iccirco magna, ob incrementum vocis demisso tono, vertitur in parvam, scil.

Kamets in Pathach, ut תָּם תַּמִּים

Tsere in Chirek, ut לֵב לִבִּי animus meus.

Cholem in Kametschatuph, ut רֹן רָנִּי canta.

Schurek in Kibbuts, ut יוּסַב יֻסַּב Jesa. 28: 27.

Parva in parvam: ut Segol, quam præcesserit semiparva in Chirek; v.g. ex אֱמֶת factum אֲמִתִּי veritas mea; ex כַּרְמֶל arvum בַּרְמִלּוֹ.

Da-

Dages ejectum, ut compensetur, ante se requirit, XLV.
analogæ parvæ loco, magnam. Ideoque

Pathach vertitur in Kamets. הָרֵס destrue pro הֲרֵס, & תְּבָרֵךְ benedices pro תְּבָרֵךְ Psalm. 5: 13. Idem fiet, ubi ex litera non gutturata exciderit dages, ut in תְּאָכְלֵהוּ consumet eum. Ijob 20: 26. & in וַנָּבֹל & decidimus.

Chirek vertitur in Tsere, ut אֵחַר distulit, pro אִחַר cum ח dagessato. מְתָאֵב detestans, pro מְתַאֵב cum א dagessata. הֵתַלְתָּ pro הִתַּלְתָּ illusisti. נֵהַלְתָּ pro נִהַלְתָּ Exod. 15: 13.

Kibbuts in Cholem, ut טוֹרַף discerptus est, pro טֹרַף Genes. 37: 33. מֹעֲכָה compressa, pro מֻעֲכָה cum ע dagessato.

Ex gutturalibus ה maximè & ח verborum Pihel XLVI.
ejectum, sæpius non compensatur, nec prævium Chirek aut Pathach cum analoga vocali permutantur. v. gr. מְהַלֵּךְ incedens. הַחֹשֶׁךְ tenebræ. נִחַם consolatus est. מְפַחֵד paventem præbens. נַאֵץ irritando. 2. Sam. 12: 14. מְבַעִתְךָ perturbat te. 1. Sam. 16: 15. Itaque etiam וַיִּחֵל non est referendum ad יִיחֵל sed ad formam יַחֵל ut 1. Sam. 3 1: 3.

QUINTA,

CONCURSUS CONTIGUARUM VOCALIUM. XLVII

Cholem non potest annecti formis in Chirek desinentibus, ut diceretur פְּרִיוֹ perio, nec חֳלִי pluralem habe חֳלִיִים choliim, duobus Joth quiescentibus. Tollendæ hujus difficultatis gratia Joth quie- XLIIX
tum fit mobile, hinc פִּרְיוֹ pirjo, fructus ejus. יָפְיֵךְ

pulcritudo tua. חֳלָיִים cholajim, infirmitates. 2. Par. 21: 15. vel Joth in א migrat, ut in צְבָאִים pro eo, quod aliàs frequentatum צְבָיִים capreæ, Sic צְבָאוֹת capreæ, dicitur loco צְבִיּוֹת Cant. 2: 7.

XLIX. Idem in Propriis & Patronymicis observatum: ut מַלְכִּיָּה Malcija, pro מַלְכִּי יָהּ Rex est Dominus. עֻזִּיָּה Robur est Domini. Sic ab אֱדוֹם declinantur אֲרָם אֲרַמִּי אֲרַמִּיִּים Idumæus, Idumæi. Sic אֲרַמִּי אֲרַמִּיָּה Syrus, Syra. פְּלֶשֶׁת פְּלִשְׁתִּי פְּלִשְׁתִּיִּים Palæstina, Palæstinus, Palæstini. כּוּשׁ כּוּשִׁי כּוּשִׁיִּים Cuschæus, Cuschæi. עֲרָב הָעַרְבִי הָעַרְבִיאִים Arabs, Arabes. הָגָר הַהַגְרִי הַהַגְרִיאִים Hagar, Hagaræus, Hagaræi, vel Hagareni.

Sexta,

L. PUNCTA PUNCTIS CONTRARIA.

Semiparva ante seipsam non legitur. Hinc I.

LI. Scheva ante socium vertitur in parvam, ex. gratia in Pathach, ut לָקַחַתְּ accepisti, pro לָקַחְתְּ 1. Reg. 14: 3. יָדַעַתְּ nosti. Jer. 50: 22. 2. in (··) ut אֲזַמֶּרְךָ canam te, pro אֲזַמֶּרְךָ Psalm. 57: 10. 3. in (.) ut כִּדְבָר in verbo, pro כִּדְבַר ut בְּקָעָם diffindere ipsos, ex בְּקֹעַ diffindere. Amos 1: 13. 4. in Kametschatuph, ut בָּרְחוֹ fugere ejus, pro בְּרֹחוֹ ex בְּרֹחַ fugere. Psalm. 3: 1. 5. in Kibbuts, ut בְּקֻצְרְךָ in metendo te. Levit. 23: 22. Num. 15: 27.

LII. Hinc II. Scheva ante Chatephatam vertitur in similem parvam, i. e. Pathach ponitur ante Chatephpathach, ut יַעֲבֹר pro יְעֲבֹר Segol ante Chateph-

tephsegol, ut הֶחֱזִיק apprehendit, pro הֶחֱזִיק, & pro אֶעֱזֹבָה dicitur אֶעֱזֹבָה derelinquam. Ijob. 45: 9, 17. Kametschatuph ante Chatephkamets, ut יָעֳמַד sistitor. Lev. 16: 10. pro יֵעָמֵד Scheva enim LIII. originarium præformativarum punctum est, quod ante sociū in Chirek mutatur, ante ה paradigmatis formativam ejus vocalem adsciscit, ante gutturatas chatephatas vertitur in similem.

Si socium vel ה characteristicum non sequatur, LIV. cum aliis non permutatur, ut יִפְקֹד; sub א gutturatâ vertitur in (-:) ut אֶפְקֹד.

Pathach parva ante Kamets magnam non legi- LV. tur. Itaque pro אַחָיו legendum אֶחָיו fratres ejus.

SEPTIMA CAUSSA LVI.

LITERIS CONTRARIA PUNCTA.

1. Chatephata nec ante gutturatas, neq ante schevatas literas admittitur. הַעֲלוֹם an seculum? pro הָעוֹלָם. Sic הַאִישׁ an viri? non הָאִישׁ & הַחִנָּם an gratis? non הַחִנָּם. Sic חַכְמֵי dicendum non חֲכְמֵי sapientes. Sic תַּעַבְדוּ servietis pro תַּעַבְדוּ & יֶחֶרְדוּ trepidabunt pro יֶחֶרְדוּ. Etiam Kametschatuph ante mutum Scheva amittit chateph, ut כָּל עֵץ omne lignum, pro כָּל־עֵץ & הֳפַךְ conversus est, pro הָהְפַּךְ Job. 30: 15.

2. Per Scheva mutum rarius moventur א & ה gutturatæ: א tertia radicalis nunquam, hinc מָצָא LVII. מָצָאנוּ invenit, invenimus. מָצָאתִי non מָצְאתִי.

3. Parvæ circa א non repetuntur. Ea de caussa LVIII. pro מָצָאתָ scribitur מָצָאתָ invenisti; pro קָרָאת scri-

ſcribitur קְרָאת occurſus. Exod. 19: 17. וַיָּאת & מְנָאת veniet pro וַיָּאת Jeſa. 41: 25. מְנָת pars, loco מְנָאת Porrò מוצאת vel מוצֵאת legitur pro מוצֵאת 2. Samuel. 18: 24. 1. Reg. 11: 22. נִפְלָאת pro נִפְלֶאת occultū. יצאת egrediebatur, pro יָצְאת Jud. 11: 34.

LIX. 4. Prima gutturalis poſt Chirek parvum ſcribitur tantùm in derivatis verborum הָיָה fuit, & חָיָה vixit. e. gr. יִהְיֶה תִהְיֶה נִהְיֶה יִהְיוּ נִהְיָה נִהְיְתָה Erit, eris, erimus &c. בִּהְיוֹת cum eſſet, לִהְיוֹת ut ſit, מִהְיוֹת ne ſit: יִחְיֶה תִחְיֶה תִחְיִי נִחְיֶה יִחְיוּ תִּחְיֶינָה vivet, vives, vivemus, vivent.

LX. 5. In cæteris omnibus POST CHIREK PARVUM ſub gutturatis radicem inchoantibus non admittitur

LXI. Scheva. Hinc vel in Chatephatam vertitur Scheva; manente Chirek ſub formativa, ut in תְּהַלֵּךְ ambulabit, pro תִּהְלֵךְ Exod. 9: 23. vel, quod fieri

LXII. ſolet frequentiùs, in Chatephpathach præcedente Pathach, ut יַעֲזֹב deſeret pro יִעְזֹב, & תַּעֲבֹר tranſibis pro תִּעְבוֹר. Vel in Chatephſegol præcedente Segol, ut נֶעְלַם pro נֶעֱלַם abſconditus fuit, vel promiſcuè in chatephpathach præcedente pathach, aut in chatephſegol præcedente ſegol, ut יַחֲרֹם & יֶחֱרֹם deſtruet pro יִחְרֹם, ut יַהֲלֹם &

LXIII יֶהֱלֹם tundet, pro יִהְלֹם Pſalm. 74: 6. vel retento ſcheva-chirek literæ ſervilis vertitur in pathach aut ſegol: In pathach, ut יַחְשֹׁב imputet pro יִחְשֹׁב & תַּחְמְלוּ pro תִּחְמְלוּ clementia utemini. In ſegol, ut נֶהְפַּךְ verſus fuit pro נִהְפַּךְ, ut תֶּהְבָּלוּ pro תִּהְבָּלוּ vaneſcetis; vel retento ſub ſervili pathach & pro-

& promiscuè sub gutturali scripto scheva vel chatephpathach, ut יֶחְפּוּ & יַחְפּוּ festinabit. יַחְמֹל & יַחְמֹל parcet. Vel duob⁹ scheva concurrētibus prius vertitur in parvam pathach, ut יַעַטְפוּ obtegentur, pro יַעַטְפוּ; vel in segol, ut יֶחֶזְקוּ pro יֶחֶזְקוּ; vel chirek cum Joth schevato contrahitur in chirek magnum, ut יִישַׁן תִּישַׁן dormiet, dormies, יִבַשׁ, arescet. Jesa. 19:7. וַיִּיף & pulcer fuit pro וַיִּיף Ezech. 31:7. בִּיהוּדָה pro בִּיהוּדָה in Jehuda. vel in Tsere, ut יֵקַד vel יִיקַד ardebit pro יִיקַד.

6. Non alia gutturatas literas in fine mobiles antecedit quàm pathach, ut פָּתַח & פְּתַח solvit. שַׂמַּח lætifica. בָּלַע absorpsit. נָגַהּ splenduit. יִגְבַּהּ altus erit. יוֹשַׁע salvabit. Exod. 14:30. שָׂמֵחַ lætans. מָשִׁיחַ unctus. כּוֹחַ virtus. יוֹשִׁיעַ servabit. יֵשׁוּעַ Jesus. תַּשְׁמַע vel תַּשְׁמִיעַ audire facias. LXIV

7. Gutturales pro scheva muto amant chatephatam, ut יַעֲבֹר transibit. פְּתַחְכֶם aperire vestrum, pro פְּתַחְכֶם. ut תֶּאֱהָבוּן diligetis, pro תֶּאֱהָבוּן. ut הֶחֱרֵב desolando pro הֶחֱרֵב. ut פָּעֳלוֹ opus ejus pro פָּעֳלוֹ. ut מָאֳסִי spernere meum, pro מָאֳסִי. ut לִמְשָׁחֲךָ ad ungendum te, pro לִמְשָׁחֲךָ 1. Sam. 15:1. LXV.

8. Scheva mobile sub gutturali mutatur in chatephpathach, ut חֲכָמִים sapientes pro חֲכָמִים. ut מָאֲסוּ spreverunt, pro מָאֲסוּ & שָׁחֲטוּ pro שָׁחֲטוּ mactarunt. Rariùs in chatephcamets, ut עֳנִי afflictio. חֳדָשִׁים menses. LXVI

9. Aleph

LXVII 9. Aleph tertia radicalis post parvam aliam non quiescit, quàm post segol: ut פֶּלֶא admirabilis. מוֹצֵא inveniens. בֶּכֶה fletus. יִגְלֶה revelabit.

LXIIX. 10. א aut ה radicalis ultima, quia pronunciari cum Scheva muto nequit, post productam parvam quiescit, ut מָצָאתָ pro מָצַאְתָּ invenisti. פָּלֵאתִי pro פָּלַאְתִּי formæ שָׁאַלְתִּי petii. גָּלִיתִי revelavi, pro גָּלַהְתִּי &c.

LXIX 11. ה tertia radicalis non quiescit post aliam parvam, quàm post segol, ut גּוֹלֶה

LXX. 12. Quatuor omninò verba ה tertiam radicalem habent mobilem. Ideo in reliquis ה post magnam vel occulitur vel quiescit. פָּרִיתָ redemisti. פְּדָהצוּר Pedatsur, redemit Rupes. עֲשָׂהאֵל fecit Deus. Non turbat regulam פְּדַהְאֵל Pedah'el, nam ה ortum ex formativa præteriti Hiphhil in locum He radicalis trajicitur, & pro הִפְדָּהאֵל scriptum פְּדַהְאֵל. Num. 34: 28. Ubi n. in composito reperitur פדה He ipsius vel occulitur, ut פְּדָיָה Nech. 8:4. פְּדָיָהוּ 1. Paral. 27: 20. vel quiescit, ut in פְּדָהצוּר Num. 1: 10.

LXXI Joth litera non quiescit nisi in Tsere & Chirek. Hinc forma nominis חַיִל non poterat in aliam contrahi vocem, quam in חֵיל exercitus; & צַיִר mutatũ in צֵיר venatio, שַׁיִת in שִׁית vepres, שַׁיִשׁ in שֵׁשׁ & שַׁיִשׁ marmor, unde Tharschisch, species marmoris,

LXXII. Vav litera loco ipsius scheva vel ante labialem efferendum adsciscit Schurek, v. gr. וּבְדֶרֶךְ & in via. וּמִי & quis? וּכְתֹב & scribe.

Nec

Nec liquidæ לנר, nec י palatina, nec ſibilantes literæ per ſcheva mutum in fine mobiles, aliud ſcheva præmittere poſſunt. Ea propter, ſi apocopen ה literæ verba patiuntur, ſcheva eorũ penultimum in parvam tranſit, verbi gr. ex יִגְלֶה He abſciſſo fieret יִגְלְ ſed cum hæ literæ his vocalibus adverſentur, nec pronunciari in monoſyllabi morem queant, penultimum ſcheva migrat in ſegol, unde natum יִגֶל; vel Chirek literæ formativæ cum Tſere permutatur, ut יֵגֶל. Sic enunciatur וַיִּבֶן & extruxit, quia וַיִּבְן enunciari nequit. Sic יִחַר accendatur ira. Geneſ. 18:3. pro יִחַר & וַיִּקֶשׁ & durior fuit, pro וַיִּקְשׁ 2. Sam. 19:43. & וַיֵּרֶא pro וַיִּרְא Pſ. 18:11. Simile eſt אֶגֶל: תֶּגֶל: נֶגֶל Si radicalis prima fuerit gutturata, naſcuntur formæ אַעַן תַּעַן יַעַן In Hiphil eadem formativa requirit ſegol. Itaque pro יַגְלֶה non poteſt enunciari יַגְל ſed יֶגֶל deportabit. Sic pro וַתְּתַמְּם dictum וַתֶּתֶם & liqueſcere feciſti. Si prima fuerit gutturalis, prodeunt formæ אַעַל תַּעַל יַעַל aſcendere faciet. LXXIII

Verbum הָיָה & חָיָה quoniam ה futuri abſciſſo Joth ſchevatum poſt ſchevatam literam finire ſyllabam nequit, peculiares habet formas. Nam pro אֶהְיְ תִּהְיְ יִהְיְ נִהְיְ effertur אֱהִי תְּהִי יְהִי נְהִי; pro יִחְיְ תִּחְיְ נִחְיְ pronunciatur יְחִי תְּחִי נְחִי. LXXIV

OCTA-

XXXV
Octava
MUTANDARUM VOCALIUM
Caussa est
REGIMEN SIVE STATUS NOMINIS VEL INFINITIVI CONSTRUCTUS.

Vox alteram regens, veluti pars quædam rectæ, minuitur vel contractis vel correptis syllabis. Contractis, ut מוֹת יְשָׁרִים mors justorum. שְׁמֵי שָׁמַיִם cœli cœlorum. בֵּית הַמֶּלֶךְ domus regis. חֵי נַפְשְׁךָ vivit anima tua. רָאשֵׁי capita. עָבֵי nubes. Correptis, ut דְּבַר אֱלֹהִים verbum Dei. תּוֹרַת יְהוָה doctrina Domini. אֲבִי צַדִּיק Pater justi. אַב הֲמוֹן גּוֹיִם Pater multitudinis gentium. לְבַב לֵבָב cor. פְּעֻלְּתַי Peñyllethaj, ex פְּעֻלַּת יָהּ opus Domini. 1. Paral, 26:5.15.

XXXVI
Nona Caussa est
CONNOTANDA
ORIGINIS DIFFERENTIA,

אֶשְׁקְטָה quiescam per (·:) scriptũ est, ut significetur futurũ hoc venire à forma אֶשְׁקֳלָה appendam; ne dubites ortum ab אֶשְׁקֹל Ezræ 8:25. Ita אֶשְׁקֲלָה per (-:) exaratum, ut significetur venire ab אֶשְׁקַל Jerem. 32:9. קֳדָשִׁים res sanctæ, à sing. קֹדֶשׁ ne videretur deflexum à קֶדֶשׁ vel קָדֵשׁ.

De

DECIMA EST

LXXVII

SIGNIFICANDA IN PROPRIUM NOMEN MUTATI VERBI DIFFERENTIA.

PATHACH verborum terminale, ut vocis verbaliter acceptæ & nominis proprii discrimen faciat, vertitur in Kamets. ex. grat. Pathach præteritorum in proprio compositæ figuræ: אֶלְנָתָן ex אֵל נָתַן Deus dedit. Ezr. 8:16. אֶלְעָזָר Elhazar, Deus juvit. Exod. 6: 23. אֶלְזָבָד Deus dotavit. אֶלְיָסָף Eljasaph, Deus addidit. Num. 1: 14. יְהוֹזָבָד Deus dotavit. 2. Paral. 17: 18. Jehotsadak, Deus justus fuit. 1. Paral. 5: 40, 41. אֶלְחָנָן Deus gratiosus fuit. יְהוֹנָתָן Jehonathan, Dominus dedit. יְהוֹיָדָע Dominus novit 1. Paral. 2: 28, 32. יְהוֹאָחָז Dominus cepit vel possedit. 1. Par. 8: 35. יְהוֹחָנָן Dominus misertus fuit. Nech. 11: 23, 27. 2. Pathach Præteritorum figuræ simplicis: אָסָף congregavit, scil. Deus, 1. Par. 26. qui idem 1. Paral. 9: 19. dictus אֶבְיָסָף Pater *Deus* adjunxit. זָבָד Zabad, dotavit, quod plenè dictum Elzabad vel Jehozabad, Dominus dotavit. Ezr. 10: 27, 33, 43. חָנָן misertus est scil. Deus, plenè Elchanan, vel Jehochanan. Ezr. 2: 46. יָדָע novit scil. Deus, pro Jehojadah vel Eljadah, Deus novit. Nathan, pro Elnathan vel Jehonathan. 2. Sam. 7: 2, 3, 4. שָׁמָע Schamah, audivit scil. Deus, pro integro אֱלִישָׁמָע Deus audivit 1. Par. 11: 44. & Num. 1: 10. שָׁפָט judicavit scil. Deus. pro Elischaphat, 1. Par. 23: 1.

Pathach futurorum in proprio figuræ ſimplicis. יִגְאַל Jig'al, pro יִגְאַל redimet ſcil. Deus. Num. 13. 7. יִבְחַר Jibchar, ex יִבְחַר eligat ſcil. Deus. 2. Sam. 5:15. יִשְׁבַּק Jiſchbak pro יִשְׁבַּק relinquit ſc. Deus. יִצְחַק pro יִצְחַק ridebit ſcil. aliquis. Geneſ. 21:6.

CAPUT XIX.

DE CAUSSIS VOCALIUM NON MUTANDARUM.

Summa.

Cauſſa propter quam vocales manent invariatæ eſt impuritas; quæ unde veniat, docetur. Diſcrimen vel originis notitia. De vocalibus non mutandis regulæ ſpeciales.

REGULÆ GENERALES.

LXXIIX MPURA propter additamenta ſervilium literarum NON MUTATUR. Impura autem cenſetur I. Parva ante expreſſum Scheva, ut מַפְקִיד מַפְקִידִים Si vocalis magna cum radicali tertiâ verbum terminaverit; mediæ radicalis punctum vertitur in Scheva, reliquæ terminationes id mutare non ſolent. v. gr. in formis פָּקְדָה פָּקְדוּ תִּפְקְדִי יִפְקְדוּ תִּפְקְדוּ in quibus Pathach originariũ verbi פָּקַד propter הָ וּ & י magnas vocales, quæ cũ radicali ד radicem finiunt, mutatur in Scheva: in ſe,

sequentibus autem פָּקַדְתָּ פָּקַדְתְּ פָּקַדְתִּי פְּקַדְתֶּם פְּקַדְתֶּן פָּקַדְנוּ תִּפְקֹדְנָה quia servilis litera vel cum ultima jungitur vocali, vel Scheva mutum accipit; pathach & cholem manent invariatæ. Talia שָׁבַר שָׁבְרָה שָׁבַרְתָּ שָׁבַרְתְּ וגו אֶלְבַּשׁ תִּלְבְּשִׁי יָכוֹל יָכְלָה יָכֹלְתָּ יָכֹלְתְּ יָכֹלְתִּי Item יִלְבְּשׁוּ תִּלְבַּשְׁנָה. Talia denique יָרֵא יָרְאָה יָרֵאתָ יָרֵאתְ יָרֵאתִי. Non migrant regulam יְבֶרֶכְיָהוּ Jeberecjáhu, i. e. יְבָרֵךְ יְהוָה benedicet Dominus, Jesai. 8: 2. שֶׁלֶמְיָה Schelemja, i. e. יְשַׁלֵּם יָהּ retribuet Dominus. 1. Paral. 26: 1, 14. quia incrementum non est à servilibus literis, sed à nomine divino.

II. Impura est, quæ compensat exclusum da- LXXIX ges, ut kametz in סָרִיסִים evnuchi, pro סַרִּיסִים formæ צַדִּיקִים justi, בָּרְכוּ benedicere ei pro בַּרְכוּ. Tzere in חֵרְשִׁים surdi, בֵּרַכְנוּכֶם benedicimus vobis. Psalm. 118: 26. פֹּרַשׁ declaratus fuit, pro פֻּרַּשׁ ut יְתָעֵב abominabitur, Psalm. 5: 7. מֵאֵן renuit pro מִאֵּן cum dages onerando verbo, סֹעֲרָה procellis agitata, Jesa. 54: 11. וַיִּתְפָּקְדוּ & numeratos præbuerunt se. Judic. 20: 15. תְּאָכְלֵהוּ consumet eum, pro תְּאַכְּלֵהוּ Ijob 20: 26.

III. Quæ ponitur ante literam איה exclusam, LXXX ut הַבֵּרֹתִי Berothæus, ex integro הַבְּאֵרֹתִי 2. Sam. 23: 37. cap. 4: 31. רָאשִׁי natum ex רָאשִׁי ut רֹאשׁ ex רֹאשׁ caput. קָו linea. Ezech. 39: 31. concisum ex קָאו ac deflexum à קָאָה ut תָּו signum pro תָּאו ortum ex themate תָּאָה definivit, ut שְׂלָו coturnix

& סְתָו à verbis שָׁלָה & סָתָה quod Arabes extu-
lerunt شتا *ſchatha'*, hyemavit. קָרָאת pro קְרַאת
vocavit. Jeſa. 7: 14. חַטָּאת peccatum pro חַטַּאת.
Sic נִפְלָאת mira, θαυμαστή, ut Matthæus reddit
c. 21: 42. pro נִפְלֵאת participii formâ Niphalici.
Sic עָרֵי גִלְעָד habet Kamets invariatum propter
eliſum Joth ex integro עֲיָרִים▭. Sic צָרֵינוּ eſt à
צִירִים▭ integro, & צָרָתָהּ æmula ejus. רָעַת הָעָם
malitia gentis. עָבֵי שחקים▭ nubes cœli. נֵרוֹתֶיהָ
lucernæ ejus. עֵדֵי שֶׁקֶר teſtes falſi. עֵדֹתָיו teſti-
monia ejus.

LXXXI. IV. Vocalis magna Makkeph expreſſo vel
intellecto notanda, ut בֵּן־אֶחָד filius unus, 1. Sam.
22: 10. תֶּת־כֹּחוֹ dare robur ſuum. Ezr. 9: 3.
עֶת־הַקָּצִיר Jerem. 51: 33. שֹׁד־רְשָׁעִים▭ vaſtitas
impiorum. יִגְבָּל־אֹתוֹ terminat eum. Joſ. 18: 20.
גִּבֹּור־צַיִד Gen. 10: 9. קָדָשִׁים▭ res ſanctæ, Exod.
30: 10. Deut. 12: 26. Eſt ubi Metheg omiſſum
ſubauditur, ut Mich. 6: 15. תִּדְרֹךְ־זַיִת. Simile
תֶּת־יְהוָֹה 1. Reg. 5: 3. vel 13.

LXXXII Vocalis magna, donec retinet accentum, non
mutatur, ut רָנִּי canta. רָנִּי canta.

LXXXIII II. Diſcriminis vel noſcendæ originis cauſſa Ka-
metz magna vocalis non mutatur, ſic à שָׁלִישׁ
eſt pluralis שָׁלִישִׁים▭ & cum ſuffixo שָׁלִשָׁיו
tribuni ejus, non שְׁלִישִׁים▭ neque שְׁלִשָׁיו, ut di-
ſtinguatur à שְׁלֹשִׁים▭ triginta. שָׁבֻעִים▭ ſepti-
manæ

manæ, non שְׁבֻעִים quod ſonet juratos. Sic LXXXIV
מָעֻזִּים à מָעוֹז robur, ſervat Kamets invariatum,
ne formæ geminatorum confunderentur vel cum
diminutis He, formæ participialis, מְגִלִּים. Sic in
מָסַךְ שַׁעַר tegumentum portæ, ſtat loco מְסַךְ שַׁעַר
ne confunderetur מְסַךְ cum מִמְסָךְ miſtum ſeu li-
bamen vini. Jeſa. 65: 11. Ipſum quippe מֶסֶךְ di-
citur pro מִמְסָךְ.

Kamets in ſtatu conſtructo retinent nomina LXXXV
כְּתָב ſcriptura, יְקָר gloria, שְׁאָט contemtus, ne for-
mata viderentur ad inſtar abſoluti nominis דְּבַשׁ.

Kamets non mutatur in formis infinitis LXXXVI
קָרָבְכֶם accedere vos. Deut. 20: 2. ut intellige-
rentur venire à קָרוֹב non à קְרוֹב alterâ infiniti-
vi forma.

Cum Tſere ſcribitur יוֹלַדְתּוֹ ut diſtingueretur LXXXVII
à יוֹלַדְתּוֹ genitor ejus, ſi omitteretur Mappik.

Ob metum obſcurandi nominis primitivi LXXXIIX
ſcribitur הַשָּׁאוּלִי Saulita, non הַשְּׁאוּלִי & הַמָּכִירִי
Macirita, non הַמְּכִירִי. Item הַיָּשֻׁבִי Jaſchubita,
הַיָּמִינִי Jaminita, הָאָשֵׁרִי Aſcherita. Judic. 1: 32.
Vid. Onomaſt. Sacr. p. 464.

REGULÆ SPECIALES

DE VOCALIBUS NON MUTANDIS.

Vocalis ante ה locale vel paragogicum tono LXXXIX.
carens mutatur in Scheva, tono affecta ſub non
gutturali manet immutabilis, ut קֶדֶם קֵדְמָה or-

 tum

tum versus Genes. 25:6. קֶדֶשׁ קֵדְמָה Kedeschum versus. Judic. 4: 9. קֶדֶשׁ קֶדְשָׁה Cadesum versus. Jud. 4: 10. לַיִל לַיְלָה nox. מָוֶת מָוְתָה mors. propter gutturatam ex אֶרֶץ factum אַרְצָה & propter pausam אָרְצָה versus terram. Gen. 37: 10.

XC. Kamets mediæ radicalis ante א mobile in regimine non decrescit in voce חַטָּאֵי peccatores.

XCI. Kamets mediæ radicalis retinent hæc trisyllaba: בַּקָּשָׁה, cum suffixo enim est בַּקָּשָׁתִי petitio mea, עַוָּתָה cum suffixo עַוָּתָתִי iniquitas mea, הַכָּרָה in statu constructo, הַכָּרַת agnitio. נֶחָמָה & נְאָצָה cum suffixis נֶחָמָתִי consolatio mea, נָאָצוֹתֶיךָ contumeliæ tuæ.

XCII. Kamets nominis תּוֹשָׁב non mutatur. Reperias enim תּוֹשָׁבֵי גִלְעָד inquilini Gilhadis, & וּלְתוֹשָׁבְךָ & inquilino tuo. Levit. 25: 6.

XCIII Kamets nominis יָם nec ante ה locale, nec in regimine mutatur, nisi præmittatur סוּף urbis vocabulũ, ut יָם הַמֶּלַח mare urbis Melach, quæ memoratur Josu. 15: 62. הַיָּמָּה ad mare. יַם־סוּף Mare *circa urbem* Suph.

XCIV Kamets ante ם servile in regimine singulari non mutatur, אוּלָם הַבַּיִת vestibulum domus. 1. Reg. 7: 12. אֻלָם הַשַּׁעַר Ezech. 40: 40. Radix est יָאַל ut alias dictum. בַּעְיָם רוּחוֹ destructione vel vehementiâ spiritus sui: Jesa. 11: 15.

XCV Kamets præteritorum, translato ob Vav conversivum accentu, non mutatur, ut וְאָכַלְתִּי & comedam.

Neque

Neque Kamets formæ גָּלָה præteritæ propter affixum vel generis terminationem corripitur, ut עָשְׂךָ fecit te, הָיְתָה fuit. xcvi.

Kamets Infinitivi Niphal non decrescit, ut בְּהִבָּרְאָם cum crearentur. xcvii

Propter Nun paragogicum Tsere & Cholem futuri non mutantur, ut יִבָּהֵלוּן conturbabuntur. Psalm. 104: 29. יִקְצֹרוּן messuerint. Ruth. 2: 9. Sic in אָנֹכִי ego. ob paragogen Kamets non decrescit. Gen. 27: 5. xcviii

Terminale Tsere in flexu nominis, & ante suffixa, si præcesserit Kamets purum, non decrescit, ut כָּשֵׁר כְּשֵׁרָה rectus, recta. זָקֵן זְקֵנִים senex, senes. חָצֵר חֲצֵרִים חֲצֵרוֹ atria, atrium ejus. אָהֵב אֲהֵבְךָ dilexit, dilexit te. מָלֵא מְלֵאָה מְלֵאִים מְלֵאוֹת plenus, plena. שָׂנֵא שְׂנֵאָה odio habuit eam. xcix.

Quinque sunt singularia constructa, quæ invariatum Tsere post Kamets retinent מָגֵן clypeus, חָמֵשׁ quinque, אָבֵל lugens, הָבֵל vanitas, יָוֵן lutum. Cætera nomina Tsere post Kamets in Pathach vertunt. c.

Participia Tzere ultimam propter affixa & generis numeriq; terminationem servant, יֹלֵדָה נֹטֵרָה שֹׁלְחֲךָ מְשַׁלְּחֲךָ שֹׁלֵחַ מְקַהֲלִים מְקַהֲלוֹת. ci.

Tsere mediæ radicalis vocalem in plurali tam absoluto, quàm constructo, retinent formæ חָפֵץ, ut שְׂמֵחִים שְׂמֵחֵי רָעָתִי Psalm. 35: 26. שְׁכֵחִים שְׁכֵחֵי אֱלֹהִים Psalm. 9: 18. חֲפֵצִים חֲפֵצֵי צִדְקִי læti justitia mea. אֲבֵלִים אֲבֵלֵי צִיּוֹן lugentes Tsionis. cii.

CIII. Tsere suum retinent nomina, quæ Scheva ante Tsere habent, ut בְּאֵר בְּאֵרָא בְּאֵרָה בְּאֵרִי בְּאֵר שַׁחַת בְּאֵרִים בְּאֵרוֹת בְּאֵרֹתַי בֹּרֹתַי putei. puteus foveæ. בְּאֵרְךָ puteus tuus. vel in Segol vertunt, ut בֶּאֱרוֹת Gen. 14: 10.

CIV. Tzere penultimæ vocalis ante servile nominis augmentum in sequentibus retinetur: תְּאֵנָה תְּאֵנִים: תְּאֵנֵיכֶם תְּאֵנָתְךָ ficus, ficus tua, ficus, ficus vestræ: בְּרֵכָה בְּרֵכַת בְּרֵכָה piscina. גְּזֵלָה גְּזֵלַת rapina. גְּזֵרָה גְּזֵרַת decretum. אֲבֵדָה אֲבֵדַת res perdita. אֲפֵלָה אֲפֵלָתְךָ caligo, caligo tua. שְׁאֵלָה שְׁאֵלָתִי petitio mea. טָמֵא טְמֵאָה טְמֵאַת impurus, impura. נְבֵלָה נְבֵלָתִי cadaver, cadaver meum נְבֵלַת נְבֵלָתוֹ נִבְלָתָם & his similia figurantur ex forma נְבֵלָה. Et חֹשֶׁךְ plural. facit חֲשֵׁכִים: חֲשֵׁכָה tenebræ, in cõstructo habet חֶשְׁכַת. Sic à לְבֵנָה & לְבֵנִים later, lateres, constructum est לִבְנֵי & לִבְנַת lateres. Manet etiam Tzere in צֵאָה: צֵאַת: צֵאָתְךָ exitus, exitus vel excrementum tuum. זֵעָה זֵעַת sudor. תֵּבָה תֵּבַת arca. עֵדָה: עֵדוֹת: עֵדוֹתָיו testimonium, testimonia, testimonia ejus. נֵכָר נֵכַר alienigena. שְׁאֵרִית שְׁאֵרִיתוֹ שְׁאֵרִית הָעָם residuum, residuum ejus, residuum populi.

CV. In reliquis Tzere mutatur, ut מֵקִים מְקִימִים stabiliens. הֵמִית הֱמִיתְךָ occidit. פּוֹקֵד פּוֹקְדָה פּוֹקְדֵי פּוֹקְדוֹת visitans, visitantes. נִקֵּשׁ נִקְשִׁים perversus, perversi. צַדֵּק צַדְּקוֹ justum præbere, justum præbere eum. מְבָרֵךְ מְבָרְכֵי מְבָרְכוֹת præcedit enim

enim Kametz impurum, i. e. dages fortis compenſativum, conf. num. XLV. שֵׁם שְׁמִי nomen, nomen meum. Nec enim eſt à שׁוּם ſed à יָשַׁם, quod Arabicè ſcribitur وسم deſignavit. בֵּן: בְּנִי filius, filius meus. Ante makkeph בֶּן־ vel בִּן־ filius. Joſuæ 1: 1. עֵת עִתִּי tempus meum. שֵׁב: שְׁבָה ſede. לֵךְ: לְךָ vade. תֵּן: תְּנָה: תְּנֵם: da, da eos.

CVI. Finale Pathach præteritorum in compoſiti nominis priore membro manet invariatum, ut גְּדַלְיָה Gedalja, compoſitum ex גָּדַל יָהּ magnus fuit JAH. נְתַנְיָה i. e. נָתַן יָהּ dedit Dominus. נְתַנְאֵל dedit Deus. Num. 1: 8.

CVII. Pathach cum accentu Domino in futuris pluribus invariatum manſit. v. gr. וַיֹּאכַל: וַתֹּאכַל & comedit. Geneſ. 3: 7. וַיִּצְחָק & riſit. Gen. 17: 17. וַיֹּאמַר nonagies & ſemel juxta dominum, Athnach retinet Pathach. Pariter עַד particula propter accentum regium Pathach ſuum retinet.

CVIII. Pathach in penacutis, accentu non depreſſo, manet invariatum, לַיִל לַיְלָה nox, שָׁמַיִם שָׁמַיְמָה cœlum, cœlum verſus.



CAPUT XX.

DE VOCALIUM COGNATARUM PERMUTATIONE ET TRANSPOSITIONE.

Summa.

*Permutantur magnæ cum magnis, parvæ cum magnis, parvæ cum analogis parvis, semiparvæ cum semiparvis. *Magnæ in locum semiparvæ transpositio.*

CIX. Acilis in eadem voce punctorum cum affinibus vel cognatis permutatio est. Permutantur enim

I. MAGNÆ CUM MAGNIS. 1. Chirek & Tsere, יַפְקִיר & יַפְקֵר præficiet. תַּקְשִׁיב & תַּקְשֵׁב attendes, הַשְׁלִיךְ & הַשְׁלֵךְ projicere. יַאֲמִין & יַאֲמֵן credet. יָצִירוּ & יָצֵרוּ angerent. תָּפִירוּ & תָּפֵרוּ irritum facietis. לִירֹא & לֵרֹא ad timendum. יִיקַר pretiosum sit, 1. Samuel. 18. 30. & יֵיקַר
CX. idem. Psalm. 72: 14. 2. Cholem & Schurek, ut קוּם & קֹום surgere. Jerem. 44: 49. שׁוּב & שׁוֹב reverti. Jer. 42: 10. נוּן & נוֹן Josuæ pater. Num. 11: 28. 1. Par. 7: 27. טוּב & טוֹב bonitas.
CXI. נוּחַ & נוֹחַ requies. מוּסָר & מוֹסָר eruditio. 3. Schurek & Kibbuts, ut שׁוּבָה & שֻׁבָה revertere. יוּמַת & יֻמַת morte afficitor, 2. Reg. 14. vs. 6. מוּמָתִים

מומתים & ממתים 2. Reg. 11: 2. שפכו & שפכה effuderunt. Vid. Arcan. pag. 75, 76. מלבושיהם & מלבשיהם in parallelis 1. Reg. 10: 5. 2. Par. 9: 4. כרובים & כרבים 1. Reg. 6: 23, 25, 27. זבולן זבלון Jud. 4: 10. Judic. 4: 6. זבולון Zebulun. Judic. 1: 30. ירותון & ירתון 1. Paral. 9: 16. Psalm. 62: 1. פרות & פדת redemtio. לבוש & לבש Dan. 10: 5. פקודי & פקדי in parallelis 2. Par. 23: 14. 2. Reg. 11: 15. וינוסו & וינסו & fugerunt, in parallelis, 2. Sam. 10: 14. 1. Par. 19: 15. Plura invenies in regulis specialibus de Mutatione vocalium num. V. reg. 1.

II. Parvæ cum analogis parvis, Segol & Chirek, ut אכבדה & אכבדה honorabor, Exod. 14: 17. אמלט & אמלטה eripiar. 1. Sam. 27: 1. Gen. 19: 20. Hinc etiam in sequentibus pro Segol positum Chirek: אבנה ædificabor. אדרש quærar. אודע innotescam. אולד nascar. אכף incurvabor. אשפט judicabor. אוסר corripiar. אושע liberabor. אורש pauper fiam, אותר relinquar. אועד conveniam. אנער excutiar. אנצלה eripiar. אנקמה ulciscar me. CXII. CXIII.

Vicissim Segol venit in locum Chirek, ut הפדה redimere fecit eam, pro הפדה Exod. 21: 8. Similia: הכלמנו ignominia affecimus. 1. Sam. 26: 7. הלאני fatigavit me. הלאתיך fatigavi te. הראני Jerem. 24: 1. & הראני ostendit mihi. Ezech. 11: 25. Sic permutatur Chirek & Segol in nominibus CXIV CXV

dus ab omnibus. עירמים nudi ab omnibus. Gen. 3: 7. ab עירם Cholem & Chirek parvum, Cholem & Kibbuts magnum, נבוכים & נבכים Ex. 14: 3. Cholem & Chatephkamets, האשדודיות cxxiii
האשדדיות Azotææ, in Kethib. Nechem. 13: 23. עמוניות vel עמניות Hammonitides. ibid. אוניות & אניות naves, במתי & במותי excelsa. Deut. 32: 13. Arcan. pag. 271. Cholem & Kibbuts, קובה & קבה lupanar. Schurek magnum & parvum, ut ושמע uschemah, 2. Reg. 19: 16. ושמע uschmah, loco parallelo Jesai. 37: 17. Schurek & Kibbuts, בחוקו quum statueret ipse, Prov. cxxiv
8: 29. בחקו Prov. 8: 27. & vicissim Kibbuts pro Schurek: הקם constitutus est, 2. Sam. 23: 1. & הוקם Exod. 40: 17. יוטל projicitur. Psalm. 37: 24. יטל Job. 41: 1.

SEMIPARVA CUM ALIA SEMIPARVA.

1. Scheva mutum cum Chatephpathach, cxxv
ואחרב nam exsicco 2. Reg. 19: 24. in parallelo Jesa. 37: 26. ואחרב Sic מחסה & מחסה refugium. יחמל & יחמל parcet. יחפו & יחפו festinabit. vel cum chatephsegol, ut יהדף & יהדף impellet, vel in chatephkamets, ut יחרם.

2. Scheva mobile cum rapta, seu Chatephca- cxxvi
mets, ut ראי & ראי visio, יפי & יפי pulcritudo.

3. Scheva

cxxvii 3. Scheva mobile alternat cum quiescente, ejusque signum est chatephpathach sub litera non gutturata. Vid. Onom. p. 479.

cxxiix 4. Raptæ cum raptis, ut הַחֲזִיקִי & הַחֲזִיקִי deprehende, Jerem. 31: 32. Gen. 21: 18. Nachum. 3: 14 אֶעֱנֶה & אַעֲנֶה respondebo. Job. 32: 17. & c. 9: 15. יַהֲרֹס & יֶהֱרֹס destruet. יַהֲלֹם & יֶהֱלֹם tundet. Psalm. 74: 6. In nomine עֲבִי & עֳבִי densitas.

cxxix 5. Denique originis notandæ gratia, Scheva permutatur cum -: ut וְשֲׁבֵה pro וּשְׁבֵה & captivum ducito Jud. 5: 12. vel cum Chatephcametz, ut אֶשְׁקֳלָה pro אֶשְׁקְלָה appendam. Vide c. 11. n. 19.

II. DE VOCALIUM TRANSPOSITIONE.

cxxx. TRansponitur magna in locum semiparvæ, 1. in Imperativis ex מְלוֹךְ regna, מָלְכָה regna, pro מְלוֹכָה Judic. 9: 12. וְעָמָה detestare, pro וְעֳמָה Num. 23: 7. צָרְפָה examina, Psalm. 26: 2. pro צְרֹפָה Vid. Arc. Kethib pag. 122. 348.

cxxxi. 2. In Præterito חִיִּתַנִי vivum exhibuit me, ex forma צִוַּת & כִּלַּת Psalm. 119: 50.

cxxxii 3. In Infinitivis transpositum Cholem in parvam vertitur analogam, ut מָשְׁכוּ trahite, ex forma Imperativa מְשׁוֹךְ Ezech. 32: 20. כָּתְבוֹ scribere ejus, ex כְּתוֹב scribere, בָּרְחוֹ fugere ejus, ex בְּרוֹחַ fugere, עָזְבָה cum defecto Mappik

pik, desere eam, ab עֲזֹב deserere, 2. Reg. 8: 6. גְּבֹהָה efferre se, pro גּוֹבְהָה & hoc pro גָּבְהָה Zephan. 3: 11. מָשְׁחוֹ ungere ejus, pro מוֹשְׁחוֹ, & hoc pro מִשׁוּחוֹ Levit. 6: 36. אָכְלוֹ comedere ipsum. 1. Sam. 1: 9. pro אֲכָלוֹ ex אֲכֹל comedere, Deut. 12: 23. בְּקָצְרְךָ in metendo te, Lev. 23: 22.

4. Infinitivus בּוֹשַׁסְכֶם conculcare vos, Amos 5: 11. trajectis vocalibus legendum ergò boschassechem cum ס per occultum dages geminato. figuratur ex forma יַסֵּר castigando. Psalm. 118: 18. non, quod alii volunt, ex forma פְּקוֹר.

5. Propter pausam in dictione ex particulis inseparatis compositâ, ut לָךְ pro לְךָ tibi, בָּךְ pro בְּךָ in te. Transponitur quoque semiparva in locum parvæ, יָחְנְךָ gratiam faciet tibi. Gen. 43: 24. pro יְחֻנֶּךָּ Num. 6: 25. תָעָבְדֵם pro תַעֲבוֹדֵם, coles eos. Exod. 20: 5. c. 23: 24. Deut. 5: 9. בָּהְשַׁמָּה dum esset desolata illa, Levit. 26; 43. pro בְּהָשַׁמָּה Levit. 24: 34, 36. CXXXIII CXXXIV

Ipsum לַהְשׁוֹת 2. Reg. 19: 25. non scribitur trajectis punctis, quum sit symbolum duarum discrepantium lectionum, quarum una, quæ in margine exprimitur לְהַשְׁאוֹת *lehasch'oth*, ad deturbandum in acervos vastos: altera secundum literas concipienda לַהְשׁוֹת ad æquandum in acervos vastos.

Exclusæ literæ punctum magnum aut parvum ad proximè præcedaneam rejicitur. Hinc סַב dicunt pro סָבַב circumdedit, קַמְתָּ pro קָיַמְתָּ surrexisti, תָּקֻמוּ pro תְּקִיוּמוּ formæ תִּשְׁמוֹר custodiet. CXXXV

diet. Extrito Joth factum est ▭תקום & ob toni viciniam ▭תָּקוּם surget: בַּדֶּרֶךְ pro בְּהַדֶּרֶךְ in viâ: ▭כַּיּוֹם pro ▭כְּהַיּוֹם ut hodie: בַּעֲטֵף pro בְּהֵעָטֵף Thren. 2: 11. נִי pro נְהִי lamentum. נֵוָה pro גַּאֲוָה superbia.

CAPUT XXI.

DE MUTATIONE VOCALIUM SINGULARUM.

Summa.

De mutandis vocalibus magnis regulæ speciales. Quomodo mutetur Kamets in ultima vocis syllaba, quomodo in penultima: Transfiguratio Tzere ultimi & penultimi. Mutatio & permutatio puncti Chirek; puncti Cholem terminalis & penultimi. Mutatio & permutatio puncti Schurek. Mutatio Pathachi ultimi & penultimi. Mutatio Segol & Chirek parvi, Kametschatuphi & Kibbutsi. Mutatio semiparvarum chatephpathach; chatephsegol, chatephkamets & scheva.

1. His præceptis mutandarum vocalium doctrina tota innititur. Quæ enim deinceps adduntur regulæ, à dictis non dissentiunt, utpote ex fœcundissimo principiorum generalium sinu prognatæ conclusiones. Nihilominus singulatim ac distinctè & juxta seriem magnarum parvarumque dispositas vocales, cum earum mutatio-

tationibus enarrare placuit, eo fine, ut in singulis modum & caussas mutandi faciliùs reperiat, regulisque generalibus applicare discat tyro.

SUNT IGITUR

DE MUTATIONE MAGNARUM VOCALIUM EX GENERALIBUS DERIVATÆ REGULÆ SPECIALES.

I. DE KAMETS.

1. KAMETS ULTIMÆ SYLLABÆ in statu con- 2
structo mutatur in Pathach, ut אוֹצַר יְהוָה thesaurus Domini, ex absoluto nomine אוֹצָר. Huc referri debent עַל & עַד particulæ, quarum forma constructa est עַל & עַד cum suffixis, עָלֶיךָ super te עָדָיו ad eum. Sic אַרְבַּע est regiminis forma, cujus Pluralis אַרְבָּעִים quadraginta. *Juxta capitis præced. regulam generalem* LXXV.

2. In derivatis à verbo geminato, propter in- 3
crementum vocis transit in Pathach, ut תָּם תַּמָּה׃ תַּמִּים׃ perfectus, perfecta, perfecti. *Juxta regulam generalem cap. XX. num.* XII.

3. Kamets vocularum אָח & אָב in statu con- 4
structo mutatur in (-:) assumto ad finem Chirek magno. ut אֲבִי־עַד pater æternitatis, אֲחִי יֶפֶת frater Japheti. *Juxta regulam gen.* LXXV.

4. Kametz nominis אָב in regimine bis omni- 5
nò mutatur in Pathach, Gen. 17: 4, 5. Ita Kamets nominis יָם ante solum סוּף urbis vocabulum

vertitur in Pathach, יַם־סוּף mare Suph. *Juxta regulam generalem* LXXV.

6 5. Kametz ante Mem servile ob retractum accentum vertitur in Pathach, ut גְּנָבָתַם furata est eos. *Juxta regulam generalem* XXIIX.

7 6. Kamets propter accentum distinguentem transponitur in voculis בָּךְ לָךְ in te, ad te. *Juxta regulam generalem* CXXXIII.

8 7. Nomen חָלָב i.e. lac, constructam formam mutuatur ab חֲלֵב scribiturque חֲלֵב גּוֹיִם lac gentium. Sic הֲבֵל venit ab הֶבֶל vanitas, & לְבֶן־ à לָבָן albus. *Juxta regulam generalem* LXXV.

9 8. Kametz finale verborum quiescentium ה permutatur cum puncto suffixi, עָשָׂהוּ fecit illud, Deuter. 32: 15. ex עָשָׂה fecit, ut הָעֹשׂוֹ qui fecit eum, ex הָעֹשֶׂה is, qui fecit. Job. 40:14. *Juxta regulam gen.* LXXXII. XLVII.

10 9. KAMETS PENULTIMÆ SYLLABÆ, in flexione nominis mutatur in Scheva, גָּדוֹל גְּדוֹלָה גְּדוֹלִים magnus, a, i. *Juxta regulam gen.* XIII.

11 10. In priori syllaba nominis regentis & cum affixis, pariter in Scheva, ut כָּבוֹד gloria, כְּבוֹד אֵל gloria Dei. קַרְנוֹת שֵׁן cornua eboris, ex absoluto קְרָנוֹת cornua. שִׂפְתֵי מִרְמָה labia dolosa, ex absoluto שְׂפָתַיִם labia. עֲלֵיכֶם super vos. Reg. XXV.

12 11. uando propter affixum vel numeri terminationem accentus in syllabam proximam vel deinceps sequentem demittitur, transit in samiparvam, ut כְּבוֹדִי gloria mea, ex כָּבוֹד gloria. R. gen. LXXVI. פְּקָדוֹ visitavit eum, ex פָּקַד visitavit. קְרָאַנִי vocavit me,

me, à קָרָא vocavit. *Juxta regulas gen.* XII. & XIII. שָׂפָה labium, שִׂפְתֵיכֶם labia, נָטַשׁ dereliquit, נְטַשְׁתַּנִי dereliquisti me, יָדַעְתָּ novisti, יְדַעְתּוֹ novisti eum. קָרָא vocavit, קְרָאתִיו vocavi eũ. הֲקִימוֹתִי suscitavi. הֱמִתֻהוּ occiderunt eum. Jerem, 26: 19. *Juxta reg. gen.* XIII.

12. Kamets in קָדֵשׁ אָבֵל & יָבֵשׁ manet invaria- 13
tũ, ut Kadesch *fontis* Barneah, קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ Abel Mechola, Abel hasschittim, *urbs* arborum Schittim, Abel Majim, Abel *civitas* vinearum, Abel *urbs* Mechola. יָבֵשׁ גִּלְעָד Jabes *urbs* Gilhad. In omnibus regens nomen subauditum.

13. Formæ nominum תָּוֶךְ אָוֶן מָוֶת in regi- 14
mine, item propter suffixa & numeri terminationem contrahuntur, ut תּוֹךְ הָעִיר medium urbis. אוֹנָם iniquitas eorum. תּוֹכוֹ medium ejus. מוֹתִים mortes. *Juxta regulas gen.* XLII. LXXV.

14. Kamets compensativum ipsius dages in 15
compositione propriorum ante vocalem (ֵ) ex Tsere mutatam, vertitur in Segol, ut יְבֶרֶכְיָהוּ Jeberecjahu, compositum ex יְבָרֵךְ יְהוָה benedicit Dominus. Jesai. 8: 2. *Juxta regulam gen.* LXVI.

II. Regulæ Speciales
DE MUTATIONE TSERE.

1. Tzere purum ultimæ Syllabæ ante ge- 16
neris vel numeri terminationes; item ante suffixa mutatur vel in Scheva, ut יוֹנֵק יוֹנְקִים lactens, lactentes. שׁוֹמֵר שׁוֹמְרִים custodientes. מְשַׁמֵּר מְשַׁמְּרִים, qui custodientes præbent.

עִקֵּשׁ עִקְּשִׁים perversi. עִוֵּר עִוְרִים עִוְרוֹת cæcatæ. חֵרֵשׁ חֵרְשִׁים auribus capti. בֵּן: בְּנִי filius meus. שֵׁם: שְׁמוֹ nomen ejus. צַדְּקוֹ justificare eum. כּוֹנְנָהּ stabilivit eam. נְשָׂאוֹ extulit eum. XII. vel in Segol, ut לְבַקֶּשְׁךָ ad quærendum te. 1. Reg. 18: 10. לְרַחֶמְכֶם ad miserendum vestri. Jesa. 30: 10. vel in vicarium Pathach, ut בּוֹשַׁסְכֶם conculcare vos, Amos 5: 11. ex Infinitivo Pihel בּוֹשֵׁס posito vice בּוֹסֵס conculcare. לְשַׁחֶתְכֶם ad corrumpendum vos; ex Infinitivo שַׁחֵת. Ezech. 5: 16. *Juxta regulam gen.* XII.

17 2. Terminale Tsere, si præcesserit Kamets, in statu constructo vertitur in Pathach, ut זָקֵן: זְקַן יָתֵד: יְתַד הָאֹהֶל בֵּיתוֹ Senex, Senior domus ejus. paxillus tentorii. *Juxta regulam gen.* LXXV.

18 3. Nomina צֵלָע & כָּבֵד כָּתֵף יָרֵךְ יָרֵחַ ob statum constructum magnas vocales permutant cum parva Segol vel ejus vicaria Pathach, ut כְּבֶד כְּתֶף יֶרֶךְ יֶרַח צֶלַע *Juxta regulam gen.* LXXV.

19 3. In compositis vel in Pathach vel in Chirec parvum transivit, ut עוֹבַדְיָה i. e. עוֹבֵד יָהּ servus Domini. מוֹעַדְיָה i. e. מוֹעֵד יָהּ solennitas Domini. יוֹסִפְיָה i. e. יָהּ יוֹסֵף addat Dominus. Vid. Onom. Sacr. p. 465.

20 4. Ob retractum accentum vertitur in Segol. יָרֵם: וַיָּרֶם: & sustulit. יָרֵב: וַיָּרֶב & contendit. יָקֵם: וַיָּקֶם: & erexit. יָשֵׁת: וַיָּשֶׁת & posuit, à rad. שׁוּת ponere. יָרֵד: וַיֵּרֶד & extendit. יָסֵךְ formæ

יָסֵב

יָסֵב accentu retracto יָסֶךְ. Sic יָגֵל : וַיָּגֶל devolvet, & devolvit. *Juxta regulam gen.* XXIII.

5. Ob dages resolvitur in analogam parvam, Chirek, ut לֵב : לִבִּי cor meum. הֵשֵׁם הֲשִׁמּוֹתָ desolavit, desolasti. הֵחֵל הַחִלּוֹתִי cepit, cepi. מֵסֵב מְסִבַּי circumdans, circumdantium me. מְבַעֵת : מְבַעֶתְךָ perturbans pro integro מְבַעֶתְךָ cujus absoluta forma est מְבַעֶתֶת 1. Sam. 15: 16. *Vt regulæ generalis* LXIII.LXIV. 21

6. Propter ablatum ante Makkeph tonum transire potest vel in Segol, ut בֶּן־עַמִּינָדָב Num. 22
7. vel in Chirek, ut בִּן־נוּן Filius Nun. Exod. 33: 11. *Juxta reg.gen.* XXXIII.

7. Sæpius ante finales maximè gutturatas & Resch in Tsere depulsi locum succedit Pathach, ut in הָשַׁע fac, ut clausi sint, ab שׁוּעַ. Sic pro שׁוֹסֵעַ dicunt שׁוֹסַע findens, הֵנַחַת ponitur loco הֵנִחַת & הַפֵּצַר pro הֵצַר & הֵצַר pro הַרְחֵק pro הֵרַחַק & הֵרֵךְ pro הֵרֵד, & הָשֵׁב pro הָשֵׁב reduc, & הֵקַל pro הֵקַל, denique הֵתַז pro הֵתֵז amputavit. *Juxta regulam gen.* LXIV. 23

8. Tzere nominis בֵּן pluraliter non transit in Kametz, siquidem בָּנִים & בָּנוֹת veniunt à singulari forma בָּנָה obsoleta, ut בָּלִים & בָּלוֹת à בָּלָה vetus. 24

TSERE PENULTIMÆ SYLLABÆ.

25 1. In flexione nominis & verbi & accedente suffixo mutatur in Scheva צֶלַע : צְלָעִים : צַלְעוֹת: latus, valvæ, substructiones. לֵבָב : לְבָבוֹת corda. מֵקִים : מְקִימָה : מְקִימִים stabiliens, stabilientes. מֵסַב מְסִבּוֹ circuitus ejus. עֵצָה עֲצָתוֹ consilium ejus. שֵׁנָה שְׁנָתוֹ somnus ejus. שֵׂעָר : שְׂעָרְךָ pilus tuus. הֵמַתִּי הֲמִיתִיו occidi, occidi eum: vel in chatephsegol, ut הֵמִיתָה : הֱמִיתַתְהוּ interfecit ipsa, interfecit eum. הֵמִיתוּ : הֱמִיתוּהוּ interfecerunt eum. *Juxta regulam gen.* XIII.

26 In penacutis vertitur in parvam analogam, ut חֵפֶץ חֶפְצוֹ voluptas ejus. חֵזֶק חִזְקוֹ robur ejus. *Juxta regulam gen. num.* XVII.

27 2. In statu constructo, si sequatur Kamets, pariter in Scheva mutatur, ut לֵבָב : לְבַב יַמִּים cor marium. & in plurali: ut כֵּלִים : כְּלֵי כֶסֶף vasa argentea. *Juxta regulam gen. num.* LXXV.

28 3. Præteritorum affixa & terminationes, quoties radicalis ultima syllabam incoaverit, parvam Tsere vertunt in Chatephatam, i. e. in Chatephpathach vel Chatephsegol, ut הֵדַם : הֲדִמָּנוּ silere fecit nos. הֵכִין : הֱכִינַנִי stabilivit me. הֵקִים : הֵקִימָה : הֲקִימוֹתָ : הֲקִימוֹתִי Plural. הֵקִימוּ : הֲקִימוֹתֶם : הֲקִימוֹנוּ Ex altera forma, הֵקִים הֵקִימָה הֵקַמְתָּ הֵקַמְתְּ הֵקַמְתִּי &c. XIII.

III. DE

III. DE MUTATIONE CHIREK MAGNI

REGULÆ SPECIALES.

CHIREK magnum: Nominis Adjectivi terminatio vel Compositi vinculum, si fuerit ante serviles generis aut numeri ה, & ante DEI vocabula יָהּ vel יָהוּ transit in parvum, & Joth in mobilem, ut מוֹאָבִי: מוֹאֲבִיָּה: מוֹאֲבִיּוֹת Moabita, Moabitis, Moabitides. הָעִבְרִי הָעִבְרִיָּה Deut. 15: 12. קַדְמוֹנִי קַדְמֹנִיָּה prior, antiquior. צְבִי צְבִיָּה Caprea. אוּרִיָּה מַלְכִּיָּה: נֵרִיָּה *Juxta general. reg.* XLVII. XLVIII. Vid. etiam Onomast. Sacr. p. 478. 29

2. Ante suffixa, si Joth fiat mobile, Chirek relictum vertitur in Scheva, ut פְּרִי: פִּרְיוֹ fructus, fructus ejus. פִּרְיָם fructus eorum. In statu constructo manet, ut פְּרִיהֶם fructus eorum, scil. הֶם copulatur constructis. *Juxta reg. gen. num.* XLVII. 30

3. Chirek magnum & Tsere permutantur, ut הוֹרַדְתֵּנוּ pro הוֹרַדְתִּינוּ demisisti nos. Josuæ 2: 18. וַיֵּקַר pretiosus sit. 1. Sam. 18: 30. יֵיקַר idem. Psalm. 72: 14. *Juxta regul. gen.* CIX. 31

4. חֳלִי in plur. habet חֳלָיִים 2. Paral. 21: 15. vel חֳלָיִם i. e. morbi. Deut. 28: 59. Reg. Gen. XLVII. כְּלִי vas, habet כֵּלִים vasa, ex forma גֵּאֶה superbus, quæ pluralem facit גֵּאִים Prov. 15: 25. 32

5. Chirek magnum frequentissimè scribitur Joth defecto. דָּוִיד 1. Par. 19: 6. in parallelo דָּוִד 2. Sam. 10: 6. הָאֲסִירִים & הָאֲסֻרִים Gen. 39: 22. 33

22. אוחִילָה & אוחלה Jerem. 4: 19. וַיַּמְלִיכוּ 2. Paral. 23: 11. וַיַּמְלִכוּ 2. Reg. 11: 12. הַסִּירֹת Jerem. 52: 18. הַסִּרוֹת 2. Reg. 25: 18. Juxta Reg. gen. n. XXIII. וַיִּיצֶר & formavit. Gen. 21: 7. וַיִּצֶר & quum formasset, ibid. ℣. 19. Ad instar וַיִּיצֶר figuratur etiam וַיִּישֶׂם & posuit, scil. compositor funeris. Gen. 50: 26. Vid. cap. 2. num. 23.

IV. DE TRANSFIGURATIONE ET PERMUTATIONE CHOLEM.

Regulæ Speciales.

77 III. Per Substantivum cujus radicales geminantur: ut פקח־קוח omnimoda apertio. Esa. 61: 1. נאפופים maxima adulteria. חלחלה dolor acerrimus. Nech. 2: 10.

78 IV. Per adjectivum absolutum, ut עליון Celsissimus. Gen. 14: 18. coll. Ebr. 7: 1. קטן minimus. Gen. 9: 24. 2. Reg. 18: 26.

79 V. Per adjectivum constructum, tum singulare, ut קטן בניו minimus filiorum ejus. 2. Par. 21: 17. Stultus hominum i. e. stultissimus. Prov. 30: 24. tum plurale: Sapientes mulierum, i. e. sapientissima. Prov. 15: 20. נכבדי־ארץ honoratissimi terræ. Jesa. 23: 8.

80 VI. Per duo substantiva constructa, eaque vel collactanea, ut, Princeps principum, i. e. summus. Num. 3: 32. ut, Servus Servorum, i. e. vilissimus, infimus. Gen. 25. שמי שמים cœli cœlorum, i. e. altissimi. 1. Reg. 8: 27. vel ejusdem & aliquando cognatæ significationis: Gaudium exultationis meæ. i. e. exuberantissimam, Psalm. 43: 4. י׳ מנת חלקי Dominus est pars portionis meæ. i. e. eximia. Psalm. 16: 5. Pluviam imbris dabit vobis. i. e. ingentem & largificam. Zachar. 10: 1. גשם מטרות imbri pluviarum, i. e. vehementi. Job. 37: 7.

VII.

VII. Per duo Subſtantiva abſoluta continuò 81
repetita. In valle Siddim erant putei, putei bitu-
minis. i. e. plurimi. Gen. 14: 10. acervi, acervi.
Exod. 8: 10. Huc etiam referas nomina adverbia-
liter ſumta: מְעַט מְעַט parùm parùm, i. e. lentiſſi-
mè. Exod. 23: 30. מַעְלָה מָעְלָה altiſſimè. מַטָּה
מָטָּה infimè. Deut. 28: 43. הֲמוֹנִים הֲמוֹנִים tur-
bæ, turbæ, i. e. maxima multitudo. Joel. 5: 14.
Fac torrentem hunc foveas, foveas, i. e. hinc &
inde plurimas. 2. Reg. 3: 16.

VIII. Per Subſtantiva ter repetita. ut אֶרֶץ אֶרֶץ 82
אֶרֶץ terra præſtantiſſima. Jerem. 22: 19. vid. Je-
rem. 7: 4. Ezech. 21: 32.

IX. Per Adjectiva bis repetita הָאָדֹם הָאָדֹם 83
maximè rufum. Gen. 25: 30. עָמֹק עָמֹק profun-
diſſimum. Eccleſ. 7: 25.

X. Per nomen & verbum conjugatum: ut 84
הִתְאַוּוּ תַּאֲוָה concupiverunt concupiſcentiâ, i. e.
flagrantiſſimè. Num. 11: 4.

XI. Sæpius per ה articulare: ut הַצַּדִּיק juſtis- 85
ſimus. Exod. 9: 27. הַגָּדוֹל natu maximus, 1. Sam.
17: 28. הָרָע peſſimus. Eſther. 7: 6. הַצָּעִיר mini-
mus, vel parvus, ſi quis alius. Judic. 6: 15.

XII. Per ה emphaticum, vel αὐξητικὸν, *ex* 86
terminatione fœminina repetita prognatum, ut ca-
dat ſuper eos אֵימָתָה maxima formido. Exod. 15:
16. Ad Dominum בַּצָּרָתָה לִּי in maxima angu-
ſtia mea clamavi. Pſalm. 120: 1.

XIII. Per nomina DEI. ut הַרְרֵי אֵל montes 87
DEI, i. e. celſiſſimi. Pſalm. 36: 5. אַרְזֵי אֵל Cedri

 DEI.

DEI. i. e. altissimè Psal. 80: 11. נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים luctationes acerrimæ Gen. 30: 8. שַׁלְהֶבֶתְיָה flamma Domini, id est, ardentissima. Cantic. 8: 6. תַּרְדֵּמַת יְהוָה נָפְלָה עֲלֵיהֶם sopor altissimus habebat eos. 1. Samuel. 26: 12. Ninive urbs erat גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים magna DEO, i. e. amplissima. Jon. 3. v. 1.

88 XIV. Per vocem Angelus: ut Sapientia Angeli Dei, i. e. maxima. 1. Sam. 14: 17. vel 18. Bonus sicût Angelus Dei 1. Sam. 29: 9. i. e. optimus, innocentissimus. Simile est, γλῶσσαι Ἀγγέλων, linguæ angelorũ, i. e. eloquentissimæ linguæ. πρόσωπον Ἀγγέλου, vultus pulcherrimus. Actor. 6: 15. Μέτρον Ἀγγέλου, mensura maxima, Apoc. 21: 17.

89 XV. Per שָׁלִישִׁים, ut; verba Ducum, verba sunt præstantissima, Prov. 22: 20. Nold. Annot. Concord. p. 882. num. 702.

90 XVI. Per ב præpositionem nomini præfixam: ut הַיָּפָה בַּנָּשִׁים pulcherrima inter fœminas, Cantic. 1: 8. הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים maximus Hanakæorum Josu. 14: 15. בֹּעֲרִים בָּעָם brutissimi in populo, Psalm. 94: 8. גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה fortissimus inter bestias. Prov. 30: 30.

91 XVII. Per nomen בכר primogeniti. ut, Comedit vestes ejus primogenitus mortis, i. e. vis & robur mortis inexpugnabile. Job. 18: ℣s. 13. וְרָעוּ בְּכוֹרֵי דַלִּים expascent primogeniti tenuium, i. e. tenuissimi vel miserrimi. Jesa. 14: 30.

92 XVIII. Per nomen חֵלֶב i. e. adeps, cibaturus erat cum adipe tritici, i. e. flore seu polline tritici,

pin;

pinguissimo tritico. Ps. 81: 17. חֵלֶב תִּירוֹשׁ וְדָגָן pinguedinem musti & frumenti, i. e. optimum mustum & frumentum. Deut. 32: 14.

NUMERI ÆQUIPOLLENTIA.

XIX. Promiscuè interdum Hebræi singulari & plurali numero utuntur, id quod ex collatis parallelis manifestum est: וַיַּעַשׂ אֲשֵׁרָה 2. Reg. 21: 3. וַיַּעַשׂ אֲשֵׁרוֹת Fecitque imagines felicitatis vel fortunæ. 2. Par. 33: 3. וְיִדְּעֹנִי 2. Par. 33: 6. וְיִדְּעֹנִים 2. Reg. 21: 6. בְּכֹל מַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם 2. Reg. 22: 17. pro quo dictum בְּכֹל מַעֲשֵׂי יְדֵיהֶם 2. Paral. 34: 25. הָאֹרֶךְ אַמּוֹת שִׁשִּׁים 1. Reg. 6: 2. pro eo legitur שִׁשִּׁים אַמָּה אָרְכּוֹ 1. Reg. 6: 2. 93

DE SYNTAXI VERBORUM.

IN structura verborum maximè observatur Concordia, & Rectio. 94

DE CONCORDIA VERBI.

REGULA I.

Verbum finitum expressum vel intellectum genere, numero & persona consentit cum nomine, quod expressum vel intellectum nominativi vim possidet: יִשְׁמַע חָכָם וְיוֹסֶף לֶקַח Prov. 1: 5. הָלְכוּ אֱלֹהִים 2. Sam. 7: 23. Cum nomine intellecto: וַיִּקְרָא לַמָּקוֹם הַהוּא Vocavitque *populus*. קָרְאוּ שֵׁם הַמָּקוֹם vocarunt *homines* nomen loci. 1. Par. 14: 11. 95

96 Juxta hanc regulam, I. non est discordia generis aut personæ in his: וְאַלְמְנוֹתֶךָ עָלַי תִּבְטָחוּ & viduæ tuæ in me confident. Jerem. 49: 11. וַתִּקְרְבוּ עֲצָמוֹת & accedebant ossa. Ezech. 37: 7. וְאַמְהֹתַי לְזָר תַּחְשְׁבֻנִי & ancillæ meæ pro peregrino me habuerunt Ijob 19: 15. Formata enim sunt per apocopen, quæ facta etiam in Imperativo חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת pro חֲרָדְנָה שַׁאֲנַנּוֹת trepidate ô tranquillæ. Jesa. 32: 11. & accedentibus suffixis.

97 Neque III. discordat numerus, quando verbum plurale construitur cum nomine collectivo, quia collectivum continet in se multitudinem. Itaque promiscuè discitur וַיֵּלְכוּ הָעָם 1. Reg. 12 & in parallelo וַיֵּלֶךְ הָעָם 2. Paral. 10: 5. וַיִּשְׂמְחוּ וַיִּשְׂמַח כָּל־עַם הָאָרֶץ 2. Par. 23: 21. & כָּל־עַם־ וַיְהִי כָּל־ הָאָרֶץ in parallelo 2. Reg. 11: 22. וַיְהִיוּ כָל־אֱדוֹם עֲבָדִים אֱדוֹם 2. Sam. 8: 14. & עֲבָדִים 1. Par. 18: 13. parallelo. וְכָל־יִשְׂרָאֵל רָאוּ 2. Par. 10: 16. pro quo in parallelo dicitur וַיַּרְא כָּל־יִשְׂרָאֵל Viditque totus Israel. 1. Reg. 12: 16.

98 IV. Neque in his, ubi nomen dominii pluralitivum respicit verbum singulare: יָדַע חֲמוֹר אֵבוּס בְּעָלָיו cognovit asinus præsepe *Domini* dominorum suorum, i. e. domini ejus, quem postremum habuit. Jesa. 1: 3. אִם־אֲדֹנָיו יִתֶּן־לוֹ אִשָּׁה si *Dominus* dominorum dederit ei uxorem. i. e. si is, quem dominorum habuit, postremum, dederit ei uxorem. Exod. 21: 4. In his enim deest nominativus

tivus regens singularis. Vid. Regulam de discordia numeri nominalis.

IV. Non discrepat, quando singulari verbo 99
nomen plurale intellectum vel subauditum distributionem seu partitionem notat. v. gr. כִּי אִישׁ בְּחֶטְאוֹ יָמוּתוּ 2. Paral. 25: 4. In parallelo est, כִּי אִם־אִישׁ בְּחֶטְאוֹ יוּמָת Quisque enim propter peccatum suum morietur. 2. Reg. 14: 6. וְקִבֵּל הַיְּהוּדִים & recepit *quisque* Judæorum. Esth. 9: 23. גַּם בַּהֲמוֹת שָׂדֶה תַּעֲרוֹג Etiam *quæque* bestiarum agri clamabit ad te. Joel. 1: 20. Nam & distributiva nomina pluralitatem innuunt.

V. Neque discrepat numerus aut genus, quan- 100
do duobus Substantivis inter se constructis verbum respondet generi seu numero posterioris recti: ut קוֹל שְׁמוּעָה הִנֵּה בָאָה Vox rumoris ecce venit. Jerem. 10: 22. רֹב שָׁנִים יוֹדִיעוּ חָכְמָה multitudo annorum notam faciunt sapientiam. Job. 32: 7. קוֹל נְגִידִים נֶחְבָּאוּ Vox procerum occultabant se. Job. 29: 10.

VI. Nec discrepare genus à verbo putandum 101
est, quando fœminæ viriliter agenti tribuitur verbũ generis masculini. ut אִם תְּעוֹרְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה si *proterve* expergefaciatis amorem. Cantic. 2: 7. אִם־יֵצְאוּ בְנוֹת־שִׁילֹה quum *licentiâ protervia-que virili* exibunt filiæ Siluntis. Judic. 21. vs. 21. הָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ gravidis ejus summa vi renitentibus diffindentur. Hos. 14: 1. Ne referas huc loca Esth. 1: 20. וְכָל־הַנָּשִׁים יִתְּנוּ יְקָר לְבַעְלֵיהֶן

 omnes-

omnesque fœminæ tribuant honorem maritis suis. וְיִשַּׁחוּ כָל־בְנוֹת הַשִּׁיר & deprimentur omnes filiæ cantici. Eccl. 12:4. In his enim כָּל collectivum pluralem regere masculinum potest. Nec eò pertinet פִּילֶגֶשׁ כָּלֵב מַעֲכָה יָלַד שֶׁבֶר וְאֶת־תִּרְחֲנָה Vertendum enim est: Uxorem concubinam Calebi Mahacam, genuit Scheber, & Thirhanam: & peperit *Mahaca* Schahaphum, Patrem seu conditorem Madmannæ, &c. 1. Par. 2: 48, 49.

102 VII. Nec est generis aut numeri discordia in verbis וַיֶּחֱמוּ הַצֹּאן Gen. 30: 38. quia צֹאן collectivum nomen terminatione sua masculinum, uti Fœmininum construitur subaudita voce כִּבְשָׂה vel כְּבָשׂוֹת agnæ. v. gr. וַיְהִי לוֹ צֹאן רַבּוֹת pro צֹאן כְּבָשׂוֹת רַבּוֹת Fuit ipsi grex multarum ovium. Genes. 30: 43. צֹאן אוֹבְדוֹת grex *ovium* pereuntium. Jerem. 50: 6. וְחָמֵשׁ צֹאן עֲשׂוּיוֹת & quinque *pecudum* gregis paratarum. 1. Sam. 25: 18.

103 VIII. Juxta eandem regulam verbum finitum construitur cum nomine, quod subauditum nominativi vim possidet: Ita subauditur 1. אֱלֹהִים Quia in similitudine Dei *Deus* fecit hominem, Gen. 9, 6. 2. אִישׁ vir, aliquis, unusquisque: Amos 6. vs. 12. num *quis* arabit bubus. כַּאֲשֶׁר יִשְׁאַל בִּדְבַר הָאֱלֹהִים ac si consuluisset *quis* verbum DEI. Ex altera enim lectione est כַּאֲשֶׁר יִשְׁאַל אִישׁ ac si quis consuluisset verbum Dei. 2. Sam. 16: 23. Mich. 2: 4. Isto die feret *quis* super vobis parabolam. Psalm. 7: 13. Si non resipiscit, *aliquis* gladium suum acuit. Ijob 21: 22.

An

An Deum docebit *quis* sapientiam? Job. 21: 22. Habb. 2: 6. & dicet unusquisque. Mich. 6: 9. & revera videt *quisque* nomen tuum. Mich. 6: 16. Et observat *quisque* statuta Homri. Jesa. 2: 19. Intrabunt *homines isti* in speluncas rupium. 3. שֵׁם i. e. nomen, ut Gen. 2: 32. לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה propterea vocabitur *nomen* VIRA. Ex contextu accersendum, ut, Factum est, cùm absolvisset locusta comedere herbam terræ. Amos 7: 2. Et ex alio pulvere regerminant *radices ejus*. Ijob 8: 19. Noctu ossa mea rodit *morbus* à me. Job. 30: 17. עַל פְּנֵי כָל־אֶחָיו נָפָל In conspectu omnium fratrum suorum cecidit, *sors vel funiculus hereditatis*. Gen. 26: 16. Idem quippe volunt ista de eodem Ismaële: Coram omnibus fratribus suis habitavit. Gen. 16: 4. 4. כֶּלֶב canis. Nec *canis* acuisset in quenquam filiorum Israëlis linguam suam. Josu. 10: 21. Masius in h. l. Ita verti nomine canis addito de meo, quia præteritum esse videbatur, scriptum supplevi, cum verbum nulli alioquin nomini hæreret.

104 Verbum intellectum construitur cum nomine expresso, quod nominativi interpretationem habet. Imò fundamenta destruunt, *destruunt*, justus quod fecit. Psalm. 11: 3. Hæc omnia *ceperunt* filii Maciris. 1. Par. 2: 23. כִּי מֶה הָאָדָם שֶׁיָּבוֹא אַחֲרֵי הַמֶּלֶךְ אֵת אֲשֶׁר־כְּבָר עָשׂוּהוּ Quid enim *facturus est* homo, qui sequetur regem? id, quod *alii* jam fecerunt. Eccles. 2: 12. Denique *rapuit* omne aurum & argentum. Verbum חָפַשׂ

ex proximo commate repetendum. 2. Paral. 25: 24. Pro eo in parallelo ſcribitur וְלָקַח 2. Reg. 14. vſ. 14.

Regula Secunda.

105 Verbum *ſubſtantivum* tàm expreſſum quàm intellectum, connectit per nominativum exponenda nomina, vel pronomina, וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ & terra erat deſolatio. Gen. 1: 4. וְאַהֲרֹן אָחִיךָ יִהְיֶה נְבִיאֶךָ & Aharon, frater tuus, erit vates tuus. Exod. 7: 1. Intellectum, ut אֱמֶת הַדָּבָר 2. Par. 9: 5. expreſſum in parallelo אֱמֶת הָיָה הַדָּבָר 1. Reg. 10: 6. וְחָמֵשׁ שָׁנָה יוֹתָם בְּמָלְכוֹ 2. Par. 27: 1. expreſſum in parallelo, וְחָמֵשׁ שָׁנָה הָיָה בְמָלְכוֹ 2. Reg. 15: 33. אַתָּה הַמּוֹצִיא tu inveniens *fuiſti*, 1. Par. 11: 1. in parallelo: אַתָּה הָיִיתָ הַמּוֹצִיא 2. Sam. 5: 2. יְהוָה אוֹר לִי DOMINUS *eſt* Lux mihi. Mich. 7: 7. קוֹל דּוֹדִי Vox *eſt vox* dilecti mei. Cant. 2: 8. אֲנִי רִאשׁוֹן וַאֲנִי אַחֲרוֹן Ego *ſum* primus, & ego *ſum* ultimus. Jeſa. 44: 6. וַיְהִי יְ׳ מִשְׁעָן לִי Eſt autem Dominus ſcipio meus. 2. Sam. 22: 19. pro quo Pſalm. 18: 19. variata conſtructione legitur וַיְהִי יְהוָה לְמִשְׁעָן לִי Fuit autem mihi DOMINUS in ſcipionem.

Regula Tertia.

106 Nomen vel pronomen abſolutè poſitum ſenſum refert integræ locutionis, quàm Latinè efferunt *de me, de me autem*; vel plenè: Me quod attinet.

tinet, quod ad me ſpectat. Ciconia, abietes ſunt domus ejus. Pſalm. 104: 17. Sapiens, oculi ipſius ſunt in capite ejus. Eccl. 2: 14. Mercator, in manu ejus ſunt bilances doli. Hoſ. 12: 7. Ego, *i. e. me quod attinet,* mandatum regis ſerva, & Altiſſimus, *i. e. Altiſſimum quod attinet*, ordinationem *ſerva* juramenti Dei. Eccleſ. 8: 2.

REGULA QUARTA.

Verbum activum, tàm finitum, quàm infinitum, regere poteſt nomen expreſſum vel ſuppreſſum, in caſu Accuſativo exponendum כַּבֵּד אֶת־ אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ Exod. 20: 12. לְמִן הַיּוֹם ▭ בָּרָא אֱלֹהִים ▭ אָדָם Deut. 4: 23. In ſequentibus multisque aliis nomen ἐλλείπει, ut אֹהֶל tentorium; וְלָבָן תָּקַע & Laban fixit *tentorium.* Gen. 31: 25. Nam & aliàs ei nomini hoc verbum hæret, Gen. 31: 25. Sic deeſt חַטָּאוֹת Pſalm. 99: 8. אֵל נֹשֵׂא הָיִיתָ לָהֶם ▭ Deus auferens *peccata* extitiſti illis. Deeſt דָּבָר 2. Par. 10: 16. וַיָּשִׁיבוּ־ לֵאמֹור In parallelo 1. Reg. 12: 16, exprimitur: וַיָּשִׁבוּ דָבָר לֵאמֹור & retulerunt reſponſum dicendo, &c. Deeſt יָד manus. Ijob 17: 3. Quis manui meæ complodet manum. Hobadi. 13 וְאַל־תִּשְׁלַחְנָה בְחֵילוֹ & ne porrigant ſe *manus.* Deeſt רֹאשׁ *caput.* Mich. 1: 16. Decalva te & velle *caput* ſuper filiis deliciarũ tuarum. plenius dicitur וַיָּגָז אֶת־רֹאשׁוֹ & evulſit caput ſuum. Ijob 1: 20. Deeſt מִדָּה menſura. Impleverunt ſupra quàm Oriens *menſuram.*

furam. Jesa. 2: 5. Deest אַף ira. וְנוֹטֵר הוּא לְאֹיְבָיו & retinet *iram* in inimicos suos. Nahum 1: 2. Non ulcisceris, & non retinebis *iram*. Levit. 19: 18. Deest שַׂק saccus vel cilicium. Accingite *saccos* & lugete. Joël. 1: 13. Deest קֵן nidus. Si exaltares *nidum* instar aquilæ. Hobadj. 4.

Regula V.

108 Verba maximè intransitiva, quando cum majori emphasi vel magna animi contentione sermo fit, regunt nomen conjugatum. Quum zelaret ipse zelotypiam. Num. 25: 11. Habitationem Dei inhabito. Ezech. 28: 2. Fleverunt fletu magno valdè. 2. Sam. 13: 36. Fervore magno ego ferveo. Zach. 1: 15. Timuerunt homines isti timore magno. Jon. 1: 10.

Regula VI.

109 Activum regens duo nomina diversæ rei materiam in posteriore declarat. Fac tibi arcam ligna Gopher, i. e. ex lignis Gopher, ex Cypresso. Gen. 6: 14. Fecit hominem pulverem terræ. i. e. ex pulvere terrestri. Fecit altare holocausti ligna Schittim. Exod. 38: 1. Omnia Instrumenta altaris fecit æs, i. e. ex ære. Exod. 38: 3. Cavum tabularum fecit illud altare, i. e. ex cavo tabularum. Exod. 38: 7.

Re-

REGULA VII.

In jurandi formulis subaudiendum est לַשֶּׁקֶר i. e. falsò, vel, in vanum. Juravi domui Heli *in-vanum*, Ich will dem Hauß Heli falsch geschworen haben/ wenn ꝛc. si expiabitur iniquitas domus Heli. 1. Sam. 3: 14. Nunc itaq; jura mihi per DEUM illa, *in vanum*, si mentitus fueris mihi. Gen. 21: 23. Semel juravi per Sanctitatem meam, *in vanum*, si Davidi mentiar. Psalm. 89: 36. Juravit Dominus exercituum dicendo: *in vanum*, sc. juravi, si non, ut cogitavi, sic fiet. Jesa. 14: 24. Me audiente Dominus Deus exercituum *dixit: In-vanum juraverim*, nisi domus multæ desolation sint. Sic Marc. 8: 12. Amen dico vobis, si dabitur genti isti signum. i. e. Quod verissimum est est, id falsum dico, si dabitur huic nationi signum. conf. Matth. 16: 4. 110

SYNTAXIS INFINITIVORUM.

REGULA I.

VErbum finitum regit suum infinitum notatque certitudinem, evidentiam & ἔμφασιν, ut מוֹת תָּמוּת moriendo morieris, id est, certissimè morieris. Genes. 2: 16. טָרֹף טֹרַף יוֹסֵף discerpendo discerptus est Joseph. Gen. 37: 33. נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה plurimùm desiderasti, Gen. 31: 30. בָּכוֹ תִבְכֶּה plurimùm flevit. Thren. 1: 2. 111

REGULA II.

Quum sequitur infinitum significat hæc formula continuationem, ut יָצָא יָצוֹא ibat frequenter. 112

ter. Gen. 8:7. ברכת ברך indesinenter benedixisti. Num. 23:11. נלכה הלוך eamus indesinenter. Rarò notat certitudinem. ut אלך עלה certissimè ascendere faciam te. Gen. 46:4. aut libertatem, ילך הלוך abiit liberè. 2. Sam. 3:24. בא בוא Dan. 11:10. יבוא בוא Dan. 11:13. veniet liberè, nemine impediente.

Regula III.

113 Infinitivus regi etiam à nomine potest. ut ביום עשות in die faciendi. Gen. 2:4. כימי צאתך juxta dies egredi tui, h. e. egressus. Mich. 7:15. ליום קומי in die surgere mei, i. e. resurrectionis meæ. Soph. 3:8.

Regula IV.

114 Infinitivus regitur à nominibus præpositionum vice fungentibus: אחרי הולידו post gignere ipsum Sethum. Gen. 5:4. בעבור הראותך ut ostenderem tibi. Exod. 9:16. יען דברכם propter loqui vos, i. e. quia loquuti estis. Ezech. 13:8.

Regula V.

115 Infinitivus loco stat Imperativi. ut הלוך ודברת 2. Sam. 24:12. in parallelo 1. Par. 21:10. habetur לך ודברת vade & loquere. ונתון את־אלהיהם באש Jesa. 37:19. in parallelo 2. Reg. 19:18. habetur finitum ונתנו אל הירם באש tradideruntque Deos illorum in ignem. Sic 2. Reg. 19: 24.

24. Kethib indicat in diversis Codicibus lectum fuisse ואכגל & וְאָכְלוּ & comedite. Vid. Psalm. 17: 5. Exod: 20: 8.

REGULA VI.

Interdum Infinitivi constructionem imitatur 116
nomen, ut לְמִקְרָא הָעֵדָה וּלְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת ad convocationem cœtus & motionem castra; pro לִקְרֹא וּלְהַסִּיעַ ad convocandum & admovendum. Numer. 10: 2. לְיִרְאָה אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ ad timendum Dominum Deum tuum. Deut. 10: 12. וּלְאַהֲבָה אֹתוֹ & ad amandum ipsum ibid.

REGULA VII.

Infinitivus post conjugatum verbum sæpius 117
ἐλλείπει, ex ἀκολουθίᾳ supplendus: ut Hagg. 1; 6. אָכוֹל וְאֵין לְשָׂבְעָה שָׁתוֹ וְאֵין לְשָׁכְרוֹ לָבוֹשׁ וְאֵין לְחֹם לוֹ i.e. comedendo, *comeditis*, sed non ad saturitatem, bibendo *bibitis*, sed non ad ebrietatem, induendo *induemini*, sed nemo foyetur. Arguendo *arguet* ratione, quæ non prosit. Ijob. 15: 3. Quum oderit dimittendo *dimittat*. Malac. 3: 2: 1. Operiendo *operitis* altare Domini. Malach. 2: 13. Videndo *vides* multa, tamen non observas; aperiendo aperit aures, tamen non audit. Jesa. 42: 20. Tenendo *tenuerunt* gressus mei orbitas tuas. Psalm. 17: 5. Omne hoc vidi, & dando dedi. Eccl. 8: 9. Rursus videndo *vidi* sub sole. Eccles. 9: 11. deficiendo *defecimus* & abnegavimus Dominum. Jesai. 59: 13. Attendendo *attendit* ad me.

Psalm.

Psalm. 77: 2. Auferendo *auferam* sepem ejus, diruendo diruam maceriam ejus. Jesa. 5: 5. Impinguando *impinguavit* cor populi hujus, & aures ejus aggravando *aggravavit*, & oculos ejus oblinendo *oblevit*. Jesa. 6; 10. Frendendo frendent contra me dentibus suis. Psalm. 35: 16.

Regula VIII.

118 Infinitum aliquando post finitum subintelligitur, ut לֹא אוּכַל אָוֶן non possum *ferre* iniquitatem. Jesai. 1: 13. לֹא תוֹסִיפִי יִקְרְאוּ־לָךְ non addes-amplius, subaudi לִשְׁמֹעַ אֲשֶׁר *audire eos-qui* vocent te regnorum Dominum. Jesai. 47: 5, 7. וּרְחַב לֵבָב אוֹתוֹ לֹא אוּכָל non possum scil. ferre. Psalm. 101: 5.

Regula IX.

119 Infinitum sæpius post מ particulam ἐλλείπει, ut sprevit te מִמֶּלֶךְ 1. Samuel. 15: vs. 23. pro מִהְיוֹת מֶלֶךְ ne *sis* rex, ut habetur versu 26. Talia מִגְּבִירָה ne *esset* Domina. 1. Reg. 15. v. 13. מֵעָם ne *sit* populus. Jesai. 7: 8. מֵעִיר ne *sit* urbs, Jesai. 17: 1. Hose. 7: 4. מִבַּיִת ita ut non *sit* domus. Jesai. 23: 1. Vid. Nold. Conc. p. 556.

Regula X.

120 Infinitivi cum affixo ponuntur loco verbi finiti ejus personæ, cujus est affixum per ellipsin verbi Substantivi, ut שִׁבְתְּךָ בְּתוֹךְ מִרְמָה i. e. habitas in medio dolo, Jerem. 9: 5. לְקוֹל תִּתּוֹ ad vocem

cem dare ejus, i. e. בְּ יִתֵּן קוֹלוֹ quum ediderit vocem suam. Jerem. 10: 13. Sic Jesa. 11: 3. odorari ejus timorem Domini, hoc est, odorabitur timorem Domini, & habebit pro grato sacrificio. Videatur Coccejus.

REGULA XI.

Verba dicendi tam finita quàm infinita sæpissimè, vel ante sermonem interrogatorium, vel ubi subitò loquendi partes ad alium transeunt, supprimuntur: Invenerunt me vigiles circumeuntes in civitate, *dixi:* quem diligit anima mea, vidistis? Cor tuum meditabatur terrorem, *dicendo:* ubi scriba? ubi librator? Jesa. 33: 18. Quando, *inquiunt*, morietur? Psalm. 41: 6. Tunc Spiritus induit Hamasam, *ut diceret:* Tibi David, & comitibus tuis, fili Jischai, sit pax! 1. Par. 12: 18. Etiam reprehendit propter eos reges, *dicens:* Ne attingitote unctos meos. 1. Par. 16: 21, 22. Quis hic, *ajebas*, qui occultat consilium sine sapientia? Job 42. v. 3. 121

DE SYNTAXI PARTICULARUM SEPARATARUM, QUÆ VIM ADVERBIORUM POSSIDENT.

NEgandi adverbia certo discrimine verbis junguntur: 122

אֵין participio, ut אֵין יוֹדֵעַ 1. Sam. 26: 12.
אַל futuro, ut אַל תִּירָא Proverb. 3: 25.

d בַּל

בַּל Præterito & Futuro. Prov. 9: 13. Hoſ. 7: 2.

בְּלִי Præterito. Jeſa. 14: 6. & Futuro, Jeſa. 32: 10. & Participio. Hoſe. 7: 8.

בִּלְתִּי Præterito עַד־בִּלְתִּי הִשְׁאִיר adeo, ut non relinqueret. Num. 21: 35. Participio, Jeſa. 14: vſ. 6. Infinitivo, לְבִלְתִּי סוּר ad non recedere. Deuter. 17: 20. Futuro, לְבִלְתִּי תֶחֱטָאוּ ut non peccetis, Exod. 20: 20.

123 לֹא omnibus verbis convenit, excepto Imperativo.

פֶּן Futuro, ſemel Præterito, 2. Sam. 20: 6.

NEC Temporis adverbia promiſcuè cum verbis conſtruuntur:

124 אַחַר vel אַחֲרֵי Præteritum poſtulat, ut וְאַחַר נִגַּשׁ deinde acceſſit. Gen. 33: 7. וְאַחֲרֵי נִמְכַּר poſtquam venditus fuit. frequentiùs Infinitivum, אַחֲרֵי קָבְרוֹ poſtquam ſepeliverat. Gen. 50: 14.

125 אָז vel אָזַי *Tunc*, vel Præteritum, ut אָז אָמַרְתִּי tunc dixi, Pſalm. 40: 8. vel futurum, אָז תַּצְלִיחַ tunc fortunabis. Joſ. 1: 8.

טֶרֶם Præteritum, Gen. 24: 15. & Futurum. Levit. 14: 36. אָז *Tunc*. Futuri ſignificationem vertit in Præteritum, ut, אָז יָשִׁיר Tunc cecinit. Exod. 15: 1.

ADVERBIORUM PERIPHRASIS.

126 Fit ea vel per præpoſitiones, vel per verba finita cum infinitis conſtructa. I. Per præpoſitiones, verbi grat. per בְּ, ut בְּקֶרִי in caſu, i. e. temerè בֶּאֱמֶת in veritate, i. e. verè בְּחָזְקָה in robore, i. e. validè

validè vel violenter. בָּרִאשֹׁנָה in primâ, i. e. primùm. בְּתָמִים in integro, i. e. integrè. בְּמֵישָׁרִים in rectitudinibus, i. e. rectissimè. Per מ, ut מִבַּיִת intus. Gen. 6: 14. Per ל, ut לְבָדָד ad solitudinem, i. e. solitariè. לָבֶטַח confidenter. לַשֶּׁקֶר falsò. לִצְדָקָה benignè. לָרוֹב multùm. לָרִיק frustrà. לִפְנִימָה intrinsecus. לְעַבְדְּךָ לְדָוִיד servo tuo, nempe Davidi. 2. Par. 6:17. Per עַל ut עַל־שֶׁקֶר in falsitate, i. e. falsò. עַל־יֶתֶר in excellentia, i. e. excellentissimè.

II. Per verbum finitum alteri infinito jun- 127
ctum, ut הֵיטִיבוּ נַגֵּן benefacite pulsare, i. e. optimè pulsate. Psalm. 33: 3. Magnificat Dominus facere, i. e. magnificè agit. Psalm. 126: 2. Adjecit mittere, i. e. iterum misit. Gen. 8: 10. quum appropinquasset venire, i. e. quum propè venisset. Gen. 12: 11.

III. Per verbum finitum infinito ejusdem o- 128
riginis juncto, ut: comedendo comedes, i. e. omninò vel liberè comedas. Gen. 2: 16. moriendo morieris, i. e. omninò, vel certissimè morieris. Gen. 2: 17. discerpendo discerptus est Joseph, hoc est, omninò discerptus est. Gen. 37: 33. lapidando lapidabitur, i. e. omninò lapidabitur. Exod. 19: 13. Desolando desolati sunt reges, i. e. omninò desolati sunt. 2. Reg. 3: 23.

Rariùs inter finitum & infinitum Vav inter- 129
jectum vel subauditum adverbii significationem reddit. Et reversus est Isaac & fodit, i. e. iterum seu denuò fodit. Gen. 26: 18. אַל תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ

ne multiplicetis, loquamini, i. e. ne multùm loquamini. 2. Sam. 2: 3. וַתֵּפֶן וַתֵּלֶךְ & reversus est & abiit. 1. Reg. 10. quod in parallelo redditum וַתַּהֲפֹךְ וַתֵּלֶךְ i. e. iterum abiit. 2. Par. 9: 12.

SEPARATARUM PARTICULARUM ELLIPSIS.

130 Deest אוּלַי Fortassis. Nam *fortassis* pignus cepisti. Ijob. 22: 6.

131 Deest אִם▭ in verbis: כִּי אִישׁ בְּחֶטְאוֹ יָמוּתוּ 2. Paral. 25: 4. pro quo dictum in parallelo: כִּי־אִם▭ אִישׁ בְּחֶטְאוֹ יוּמָת: 2. Reg. 14. vs. 6. כִּי כַּאֲשֶׁר יְדַבֵּר אֵלֶיךָ deficit in altera lectione א▭ quod innuit Kethib, Jerem. 39: 12. Plura ejus generis recensentur Arcano Kethib p. 147. Ammon populus DEUM consulet בְּעַד הַחַיִּים▭ אֶל־הַמֵּתִים▭ *an verò* pro vivis mortuos? Esai. 8: 19. וְיַחֲלֹף וְלֹא אָבִין לוֹ Et *si* transmeat, tamen non animadverto eum. Ijob. 9: 11. וִישַׁלְּחֵם▭ וְיַהַפְכוּ־אָרֶץ & *si* emittit eos, tum subvertunt terram. Ijob. 12: 15. Et *etiamsi* comederint, non satiabuntur. Hose. 4: 10. Quis dicit: *an* Saul regnabit super nos? 1. Sam. 11: 12. *An* tu dixisti: Adonija regnabit post me. 1. Reg. 1: 24.

132 Deest אֶל, ut רָמוֹת גִּלְעָד 1. Reg. 22: 29. pro quo אֶל־רָמוֹת גִּלְעָד 2. Paral. 18: 28. parall. Ut tranquilla sit *apud* Deum anima ejus. Ijob. 27: 8. Quis *ad* justitiam vocavit eum? Jesa. 41: 2.

Deest

Deest אֲשֶׁר ut עַד יְצַמַּח 2. Sam. 10: 5. pro 133
עַד אֲשֶׁר יְצַמַּח 1. Par. 19: 5. parall. אֲשֶׁר הָעֹמְדִים 1. Reg. 12: 8. הָעֹמְדִים 2. Par. 10:7. Væ surgentibus summo mane שֵׁכָר יִרְדֹּפוּ *ut* siceram sectentur. Jesa. 5:11. Cætera videantur in structura Pronominis.

Deest אֵת, verbi gr. in altero parallelorum: 134
שָׁמַעְתָּ אֵת אֲשֶׁר עָשׂוּ Jes. 37:11. שָׁמַעְתָּ אֲשֶׁר עָשׂוּ 2. Reg. 19: 11. אֶת־כְּבוֹדוֹ Psalm. 96: 3. כְּבוֹדוֹ 1. Par. 16: 24. וְגַם מַעֲכָה 2. Par. 15: 16. וְגַם אֶת־מַעֲכָה 1. Reg. 15: 13. שִׂימוּ זֶה 2. Paral. 18: 25. שִׂימוּ אֶת־זֶה 2. Par. 18: 15. כִּי אַתָּה עַם־עָנִי תוֹשִׁיעַ Psalm. 18: 28. וְאֶת־עַם עָנִי תוֹשִׁיעַ 2. Sam. 22: 28. תִּנָּתֵן אֶת־הָעִיר Jesa. 36: 15. תִּנָּתֵן הָעִיר 2. Reg. 18: 31. Sic אֵת omissum ante בֵּית 1. Sam. 31: 9. לְבַשֵּׂר בֵּית עֲצַבֵּיהֶם וְאֶת־הָעָם ad annunciandum *in* domo idolorum suorum, & in populo.

Deest כִּי. Cognoscent gentes, *quòd* homo sint. 135
Psalm. 9: 21. Audivimus, *quòd* Deus vobiscum sit. Zach. 8: 23.

Deest הֵן vel כִּי. *Simul* cibus ejus in visceribus 136
ejus mutatur, est amaror aspidum in medio ejus. Job. 20: 14. כִּי אִם ut Jesai. 1. Non est in illo integritas, *sed* vulnus & tumex.

Deest לֹא *non*, post לוֹ ei, וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ 137
עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ cavebis relinquere *asinum* apud eum, *minimè* relinques apud eum. Vicissim לֹא

non, deficit Ijobi 30: 20. *Si* clamo ad te non exaudis; si desisto, tum *non* advertis ad me.

138 Deest כְּמוֹ & כֵּן Psalm. 58: 9. *Sicut* abortus mulieris; sicut, qui non viderunt solem. In tali comparatione interdum particula tam προτάσεως quàm ἀποδόσεως deficit: Nam *ut* uxorem ducit juvenis virginem: *ita* Dominus ducet te & filios tuos. Jesa. 62. *Sicut* perdix colligit *ova*, & non parit, *ita* comparans divitias absque jure. Prov. 25: 28. Deficit כֵּן ἀποδόσεως particula, Jesa. 6: 13. Sicut in quercu, & sicut in robore, quæ *sunt* in projectus loco, restitutio est; *ita* seminis sancti *erit* restitutio.

139 Deest לְבַד solùm. An *solummodo* Deus loci propinqui, & non Deus longinqui? Jer. 23: 23. כִּי אַתָּה לְבַדְּךָ construe כִּי אַתָּה שִׁמְךָ יְ׳ לְבַדְּךָ וְשִׁמְךָ יְהוָה לְבַדּוֹ Quod tu *solus*, & nomen tuum Domine solum. Psalm. 83: 19.

140 Deest נָא in una lectione יִסְלַח יְהוָה quod restituitur in altera, יִסְלַח־נָא יְהוָה 2. Reg. 5: 18.

141 Deest שָׁם in בַּאֲשֶׁר דְּבַר־מֶלֶךְ שִׁלְטוֹן i. e. בְּמָקוֹם אֲשֶׁר שָׁם דְּבַר מֶלֶךְ שִׁלְטוֹן Ubi verbum regis, ibi imperium. Eccles. 8: 4. Talia: *Ubi* absorptus est Israël, ibi fient in gentibus, ut vas in quo non est oblectatio. Hos. 8: 8.

142 Deest עִם in בֵּית עֹבֵד אֱדוֹם 2. Sam. 6: 11. pro quo est in parallelo, עִם־בֵּית עֹבֵד־אֱדוֹם 1. Par. 13: 14. Cantate gentes *cum* populo ejus. Deut. 32: 43. Scortata es *cum* amicis multis. Jerem. 3: 1. Periit memoria eorum *cum* ipsis, Psalm. 9: 7.

9: 7. Ego ſapientia habito *cum* aſtutia. Prov. 8: 12. Schallum *cum* filiis Bilha. 1. Par. 7: 13.

DE
SYNTAXI PRONOMINUM.

PRonominis cum ſeparati tum inſeparati genus 143
ſæpius refertur ad nomen abſens collactaneum ejus, quod exprimitur in textu, ut וְיִתְרוֹן אֶרֶץ בַּכֹּל הִיא מֶלֶךְ לְשָׂדֶה נֶעֱבָד quæ verba ita exiſtimo vertenda, ut geminæ ſcriptioni הוא & הִיא conveniant. quod fiet, ubi Pronomen הִיא in altera ſcriptione obvium retuleris ad nomen יִתְרָה congenerum ipſius יִתְרוֹן, & juxta utramque ſcriptionem tranſtuleris: Quandoquidem abundantia terræ eſt pro omnibus; Rex etiam propter agrum colitur. Cum ſequentibus ergo, non cum præcedentibus connectitur hæc periodus.

Inſeparati pronominis exempla dedimus capite VIII. num. 33, 34. & ſeqq.

Interdum reſpicit Pronomen planè diverſum 144
& ex contextu intellectum nomen, v. gr. אִם חָבֹל תַּחְבֹּל שַׂלְמַת רֵעֶךָ תְּשִׁיבֶנּוּ לוֹ ſi pignorando pignore acceperis veſtem proximi tui .... reſtituito illud חֲבֹל, i. e. *pignus* ei. Exod. 22: 26. הִנֵּה בִתִּי הַבְּתוּלָה וּפִילַגְשֵׁהוּ אוֹצִיאָה־נָּא אוֹתָם וְעַנּוּ אוֹתָם וַעֲשׂוּ לָהֶם הַטּוֹב בְּעֵינֵיכֶם Hîc pronomina maſculina reſpiciunt nomen גֵּו i. e. corpus. Hinc vertam: Ecce *corpus* filiæ meæ, vir-

 ginis,

ginis, & concubinæ ejus. Educam nunc ea, & comprimite illa, ac facite eis, quod bonum videbitur in oculis vestris. Judic. 19: 24. Reliqua huc spectantia videantur in Genere Nominum.

145 Est ubi Pronomina nominum verbis non conveniant, condecentiæ vel dedécoris caussa. Condecentiæ: ut Ruth 1: 8. יַעַשׂ יְהוָה עִמָּכֶם חֶסֶד Exerceat Dominus vobiscum, *fortiter viriliterque agentibus*, benignitatem. Idem Pronominis usus ibid. vsu 9, 11, 13, 19, 22. Dedécoris ergo: ut Jesa. 3: 16. בְּרַגְלֵיהֶם תְּעַכַּסְנָה pedibus suis, *quod fœminas minimè deceat*, compeditas agunt.

146 Non est generis discordia in Pronomine dicti 2. Sam. 24: 12. שָׁלוֹשׁ אָנֹכִי נוֹטֵל עָלֶיךָ בְּחַר־לְךָ אַחַת־מֵהֶם Voces enim אַחַת & מֵהֶם referendæ sunt ad מַטֶּה virga, subintellectum nomen ἀπὸ κοινοῦ, cujus cognatum verbum נוֹטֶה exprimitur loco parallelo 1. Par. 21: 10. שָׁלוֹשׁ אֲנִי נוֹטֶה עָלֶיךָ בְּחַר־לְךָ אַחַת־מֵהֵנָּה Itaque plenior prioris loci scriptio hæc fuerit: שָׁלוֹשׁ מַטֶּה אָנֹכִי נוֹטֵל עָלֶיךָ בְּחַר־לְךָ אַחַת מִמַּטֵּיכֶם הָהֵם Tres virgas tollo super te, elige tibi unam ex istis.

147 1. Relativa pronomina interdum ad sequentia referuntur. ut, בַּיּוֹם הַהוּא tempore illo abjiciet homo idola. Jesai. 2: 17. nam *iste* velut putredo veterascit, refertur הוּא ad hominem, de quo comm. sequente. Job. 14: 1. Nonne *illud*, (quod

(quod versu 35. explicare incipit) celatum est apud me. Deut. 32: 34. Tempore autem *illo* adstabit Micael, princeps ille maximus. Dan. 12: 1. בהם per illa: scil. quæ dicam, eveniet tibi bonum. Job. 22: 21. Temporibus *istis* multi obsistent Regi. Dan. 11: 14. Diebus *illis* effundam Spiritum meum. Joel. 3: 2. Jura mihi per Deum הנם illa; si mentitus fueris, &c. subjicitur formula jurandi. Gen. 21: 23. Duo illa evenient tibi, quis planget te? Quæ illa? subjungit eodem & proximo versu: 1. Vastitas, fractio, fames, ensis. 2. Filii tui defecti animo jacent &c. Jesa. 51: 19. יָבִיא אוֹתוֹ afferat illud (nim. quod vers. 14. dicitur) ad portam tentorii, Num. 6: 13. At *ista* recondidisti in animo tuo, ista quæ sequuntur vs. 14. quod simul ac pecco observes me. Ijob. 10: 13. Si feci *istud*, sc. si est iniquitas in manibus meis, si intuli malum colenti pacem.

His addo locum Exod. 6: 3. Apparueram quidem Abrahamo, Isaaco & Jacobo nomine DEI omnitenentis; at nomine meo Jehova non cognitus sum *illis*, scil. *filiis Israelis, quos Ægyptii servire cogunt*. vs. 4. Iccircò dic filiis Israelis: Ego sum Jehova &c. 148

2. Interdum Relativa respiciunt ad remotius. Tum eduxit *eos*, Ps. 105: 37. i. e. servos suos v. 25. *Illa*, scil. Nineve, est urbs illa maxima. Gen. 10: 12. Incurvanto se *ei*, scil. Domino, vs. 5. omnes Angeli. Psalm. 149

3. הוא Pronomen aliquando in obliquo casu 150
accipiendum עַד בּוֹא־עֵת אַרְצוֹ גַּם־הוּא donec

 veniat

veniat ipſum quoque tempus terræ ejus. ad verbum: usque ad venire temporis terræ ipſius, etiam illius, *ſcil. temporis*. Jerem. 27: 7. וּלְשֵׁם יֻלַּד גַּם־הוּא & ipſi quoque Schemo natus fuit fuit exhibitus. Gen. 10: 21. וְנִשְׁמְעָה מַה־בְּפִיו גַּם־הוּא & audiamus, quid ſit ore ejus, etiam ipſi. 2. Sam. 17: 5.

151 4. מִי interrogativum quando ſubſtantivis nominibus & particulis ל ב אֶת אֶל עַל & מ poſtponitur, in obliquo caſu accipiendum eſt. v. gr. בַּת מִי אַתְּ filia, cujus es tu? 1. Sam. 17. ỷſ. 58. אֶת־שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי וַחֲמוֹר מִי לָקַחְתִּי bovem, cujus accepi, & aſinum, cujus accepi? 1. Sam. 12: 3. אַחֲרֵי מִי poſt quem. 1. Sam. 24: 15. אֶת־מִי quem? 1. Sam. 12: 3. אֶל־מִי ad quem? עַל־מִי ſuper quem? בְּשֶׁלְּמִי propter quem? Jon. 1: 7. לְמִי הַנַּעֲרָה הַזֹּאת cujus eſt puella hæc? Ruth 2: 5. מִמִּי propter quem? Pſalm 27: 1.

152 5. Eſt, ubi pro relativo ſeu reciproco pronomine nomen proprium accipitur. Quo die creavit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei (i. e. ſuam) fecit ipſum, Gen. 5: 1. Erat autem Abram natus octoginta ſex annos, quum pareret Hagar Abrahamo, (i. e. ipſi) Iſmaelem. Gen. 16: 16. vid. Num. 8: 19. 1. Sam. 3: 21. & 15: 22. 2. Sam. 19: 41. 1. Reg. 8: 1. & 12: 21. Pravè ſolicitatur à Socini aſſeclis hæc antecedentis pro reciproco enallage in loco Hoſe. 1: 7. וְהוֹשַׁעְתִּים בַּיהוָה אֱלֹהֵיהֶם, quia ceu mittens & miſſus, clarè di-

ſtin-

stinguuntur; Jehova, qui servabit, & Jehova, quo servabitur. Vid. Aug. Pfeiffer. Thesaur. Hermen. pag. 325.

6. Pronomen reciprocum circumscribitur per 153
nomen נֶפֶשׁ Jurat Dominus exercituum *per animam suam*, i. e. per se ipsum. Jerem. 51: 14. Dilatat sepulcrum animam suam, i. e. seipsum. Jesa. 5: 14.

7. Relativum אֲשֶׁר quoties vel verbi vel par- 154
ticulæ affixum respexerit in obliquo casu accipiendum est. אֲשֶׁר זַרְעוֹ בוֹ cujus semen *est* in eo, latinè, in quo inest semen suum. Gen. 1: 11. אֲשֶׁר אָמַרְתְּ עִמָּם quibus locuta-es cum eis, i. e. quibuscum es loquuta. כַּמּוֹץ אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ ut gluma, quam dispellit ventus. Psalm. 1: 4.

8. Possessiva & demonstrativa Pronomina ad- 155
hibentur pro verbo substantivo. לֹא אִישׁ דְּבָרִים אָנֹכִי non vir verborum *ego*, i. e. non *sum* facundus. Exod. 4: 10. עָפָר אַתָּה pulvis *es*. Gen. 3: 19. מִי הוּא זֶה וְאֵי־זֶה הוּא quis *est* iste, & ubi *est*? Esth. 7: 5. וְאִם־בַּת הִוא וָחָיָה Sin filia *fuerit*, vivat. Exod. 1: 16.

9. Pronomen possessivum separatum reddi- 156
tur per ל particulam & inseparatum possessivum, ut יְהוָה לִי לֹא אִירָא Dominus *meus est*, non timebo. Psalm. 118: 6. כַּרְמִי שֶׁלִּי לֹא נָטָרְתִּי vineam *meam* non custodivi. Cant. 1: 6. מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה Lectus, qui spectat ad Salomonem. Cant. 3: 7.

PRO-

PRONOMINUM ELLIPSIS.

157 1. אַתָּה ante vocem cognati soni deficit. כִּי עַתָּה כָּמֹנוּ עֲשָׂרָה אֲלָפִים Quia אַתָּה עַתָּה *tu* certè quasi nostrûm decem millia. 2. Sam. 18: 3. Simile וְעַתָּה הָקֵל 2. Paral. 10: 4. pro וְאַתָּה עַתָּה הָקֵל 1. Reg. 12: 4. *parallelo.*

* *

158 הוּא & הִיא ante Synonyma deest: ut עִם־בֵּית־ יְרֻבַּעַל גִּדְעוֹן erga familiam Jerubbahal, *qui est* Gidhon, Judic. 8. vsu ult. גִּתָּה חֵפֶר עִתָּה קָצִין i. e. Gathum Chepheris, הִיא *ipsa est* Gathum Katsini vel, Principis. Josu. 19: 13.

* * *

159 2. Relativum אֲשֶׁר deest quàm frequentissimè, ut עַד יְצַמַּח donec reflorescat. 2. Sam. 10: 5. pro עַד אֲשֶׁר יְצַמַּח ut habetur in parallelo. 1. Par. 19: 5. הָעֹמְדִים 2. Paral. 10: 7. in parallelo אֲשֶׁר הָעֹמְדִים 1. Reg. 12: 8. אֶל הֲכִינוֹתִי לוֹ ad *locum, quem* præparavi ei. 1. Par. 15: 12. collat. vs. 3. Post *ea, quæ* non prosunt, ambulant. Jerem. 2: 8. אַךְ בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ attamen carnem cum anima ipsius, *quæ* est sanguis ejus, non comederis. Indens animam populo, *qui-est* super eam. Jesa. 42: 5. Notam facies illis viam, *quâ* ibunt in eâ, i. e. per quam ibunt. Exod. 18: 20. Utinam periisset dies, *quo* nasciturus eram in eo. Job. 33. Aut cum principibus, *quibus* aurum ipsis. i. e. qui habebant aurum. Job. 3: 15. מֵאָז הִפְקִיד

ex

ex tunc, *quum* præfecit, i. e. ex quo præfecit. Gen. 39: 5. Sacrificarant dæmonibus, *qui* non Deus. Deut. 32: 17. Ego ſum vir ille, *qui* vidit afflictionem. Thren. 3: 1. Et *qui* addit ſcientiam, addit dolorem. Eccleſ. 1: 18. Mitte quæſo בְּיַד־תִּשְׁלָח per illum, *quem* mittes. Exod. 4: 13. Sciant gentes *quòd* homo ſint. Pſalm. 9: 21. Stultè egiſti, *quòd* non cuſtodieris præceptum. 1. Sam. 13: 13. Si viderem pereuntem, *eò quòd* veſtem non haberet Job. 31: 19. בַּחוּרֵי בְּיִשְׂרָאֵל lecti, *qui ſunt* in Iſraële. 2. Sam. 10: 9. עַל־אַרְמְנוֹת בְּאַשְׁדּוֹד וְעַל־אַרְמְנוֹת בְּאֶרֶץ מִצְרָיִם in palatiis, *quæ ſunt* Azoti, & in palatiis, *quæ ſunt* in Ægypto. Amos 3: 9. Generatio, *cujus* dentes ſunt gladii. Prov. 30: 14. מִנִּי שִׂים אָדָם à quo poſitus fuit homo, Ijob. 20: 4. הַר צִיּוֹן זֶה שָׁכַנְתָּ בּוֹ montem Sijonis eum, *quem* inhabitas. Pſalm. 74: 2. שְׁמַע אָבִיךָ זֶה יְלָדֶךָ Audi Patrem tuum, eum, *qui* genuit te. Prov. 22: 22. עַם זוּ גָּאָלְתָּ populum eum, *quem* redemiſti. Exod. 15: 13.

Deeſt כַּאֲשֶׁר quemadmodum: כִּי גָבְהוּ שָׁמַיִם 160 nam *quemadmodum* alti ſunt cœli præ terra; ita altæ ſunt viæ meæ præ veſtris. אֹכְלֵי עַמִּי אָכְלוּ לֶחֶם devorantes populum meum, *ac ſi* comederent panem, Pſalm. 14: 4.

Deeſt מֵאֲשֶׁר. Intuemini in rupem, *ex qua* ex- 161 ciſi eſtis. Jeſai. 51: 1.

Non deficit אֲשֶׁר nec aliud pronomen in ver- 162 bis Joſu. 15: 47. וְהַיָּם הַגָּבוֹל וּגְבוּל reddenda enim ſunt: Et usque ad mare magnum, & terminum

num *Gazæorum vel Palæstinæ.* & juxta alteram lectionem: Et usque ad mare limitaneum & limitem *Palæstinæ.*

163 Deest nomen הַדֶּרֶךְ via, in אֵי־זֶה 1. Reg. 22: 24. pro אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ *ut* habetur in parallelo 2. Par. 18: 23.

De Structura ה demonstrativi seu articularis.

164 He demonstrativum non ponitur ante nomina propria viventis Dei: יָהּ יְהוָה אֲדֹנָי שַׁדַּי Ante idolorum nomina ponitur: ut הַבַּעַל Bahal. Judic. 2: 13. Jud. 6: 25, 28. &c. לַבַּעַל 2. Reg. 21: 3. & in parall. לַבְּעָלִים 2. Par. 33: 3. לַמֹּלֶךְ pro לְהַמֹּלֶךְ Molocho. Jerem. 32: 35. לַעַשְׁתָּרוֹת Jud. 10: 6, 1. Sam. 7: 3, 4.

165 He demonstrativum non præfigitur Angelorum & hominum nominibus, nisi vel ad nominum substantiam pertineat, vel denominativi aut speciei notionem proprium adsciscat. Itaque solœcum sit dicere, Hammichael, Haggabriel, Haabraham, Harachel. E contrario rectè dicitur הַסְּנוּאָה Hassenua', i. e. minus amatæ *filius.* Nech. 11: 9. הַקּוֹץ Hakkots, Pater Uriæ. Nech. 3: 4. Haaravna, i. e. Ornus eximia, Rex Jebusæus, 2. *Sam.* 24: 16. Hakkatan, Paullus, Pater Argadi. Vide Onomast. Sacr. Via VIII. pag. 335. אָדָם quando speciei nomen est admittit He, unde primus

mus homo nunc אָדָם, nunc הָאָדָם dictus. Genes. 4: 1. &c. Recta etiam est constructio בְּתוֹךְ הַנַּחַל הַגָּד In medio amnis Gaditarum. 2. Sam. 24: 15. מִשְׁפַּחַת הַיִּמְנָה familia Jimnitarum. Num 26: 44. שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה Tribus Menassitarum, Josu. 1: 12. אֶרֶץ הָעוּץ Terra Huzitarum. Jerem. 25: 20. quia propria nomina Gad, Jimna, Menaschsche & Hutz ceu denominativa accipiuntur. Vid. Onomast. Sacr. p. 335. & seqq.

5. He demonstrativum non præfigitur nomini 166
regenti, nisi subaudito recto. Neque enim fas est dicere הָאָבִי שָׁאוּל Pater Saulis. Fas autem regenti nomini He proponere, si rectum inter & regens intelligatur rectum aliud: ut הַמֶּלֶךְ אַשּׁוּר Jesa. 36: 16. pro הַמֶּלֶךְ מֶלֶךְ אַשּׁוּר Sic dicit Rex, *Rex inquam*, Assyriæ. In parallelo est מֶלֶךְ אַשּׁוּר 2. Reg. 18: 31. וְאֵת כָּל־הַמַּמְלְכוֹת הָאָרֶץ pro וְאֵת כָּל־הַמַּמְלָכוֹת מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ & omnia ista *regna*, regna terræ. Jer. 25: 20. בְּכֹל הַתּוֹעֲבוֹת הַגּוֹיִם pro בְּכֹל הַתּוֹעֲבוֹת תּוֹעֲבוֹת הַגּוֹיִם secundum omnes *abominationes*, abominationes gentium. 1. Reg. 14: 24. אֶת־הַיְתַד הָאֶרֶג pro אֶת־הַיְתַד יְתַד הָאֶרֶג cum *paxillo*, paxillo, inquam, texturæ. Judic. 16: 14. In sequentibus deficit nomen regens, אֶת־כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה pro אֶת־כּוֹס הַיַּיִן יֵין הַחֵמָה poculū *vini*, vini furoris. Jer. 25: 15. הָאָרוֹן הַבְּרִית *Arcam*, arcam fœderis; pro הָאָרוֹן אֲרוֹן הַבְּרִית Jos.

Josu. 3: 14. כָּל הָעָם הָאָרֶץ universus populus; *populus*, inquam, terræ. Ezech. 45: 16.

167 6. He demonstrativum non additur ante suffixa, nisi, quod rariùs factum, ad emphasin, ut מִכְסַת הָעֶרְכְּךָ summam ipsam æstimationis tuæ. Levit. 27: 23. בְּתוֹךְ הָאָהֳלִי in medio ipsius tentorii mei. Josu. 7: 21. omnia operatur Dominus לַמַּעֲנֵהוּ ad ipsum responsum (*id est*, ad voluntatem seu mandatum) suum. Prov. 16: 4. Talia reperias, Josu. 8: 33. 2. Reg. 15: 16. Jesai. 24: 2. Psalm. 81: 11. & 103. 4.

168 7. In compositis denominativis He partium divisarum posteriori adjungitur. v. gr. ex בִּנְיָמִין nascitur denominativum בֶּן־הַיְמִינִי Binjaminita. Judic. 3: 15. Reperitur tamen & בִּנְיָמִינִי 1. Par. 27: 5. Ex אֲבִיעֶזֶר natum patronymicum אֲבִי הָעֶזְרִי 1. Par. 7. Judic. 8: 32. & VI: 11, 34. Ex בֵּית־לֶחֶם est בֵּית־הַלַּחְמִי Bethlehemita, 1. Sam. 15: 58. Ex בֵּית־שֶׁמֶשׁ factum בֵּית־הַשִּׁמְשִׁי Heliopolitanus. 1. Sam. 6: 14. Ex בֵּית־אֵל est בֵּית הָאֱלִי Bethelita. 1. Reg. 16: ult.

169 8. Ante אֲשֶׁר positum He demonstrativum, cum ellipsi nominis accipiendum est. הַאֲשֶׁר שָׁבִיתָ i. e. הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר שָׁבִיתָ viros, quos captivos-abduxeris gladio tuo, eos percutias. 2. Reg. 6: 22.

170 9. Rariùs He interrogativum aufertur, ut כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה *An* homo est arbor agrestis, ut veniat ante te in propugnaculum? Deut. 20: 19.

Sæpius

Sæpius Particulæ ſeparatæ ἀπὸ κοινῦ, & ex 171
proximo ſunt repetendæ: v. gr. אַל *Ne*. Vivat Ru-
ben, & ne moriatur, & *ne* ſit hominibus ejus nu-
merus. Deut. 33:6. Et vapor *non* aſcenderet, qui
irrigaret terram. Gen. 2:6. Ne extollatis contra
Excelſum cornu veſtrum, *neque* loquamini collo
duro. Pſalm. 75: 6. Spes pauperum *non* peribit
in ſeculum. Pſalm. 9: 19. Non magni ſapiunt, &
ſenes *non* intelligunt judicium. Ijob 32:9. Neque
didici ſapientiam, *neque* ſcientiam Sanctorum
novi. Prov. 30: 3. Sic repetendum eſt אִם־לֹא 172
Annon? Annon ludificationes ſunt contra me?
Annon in exacerbatione eorum pernoctat oculus
meus? Ijob 17: 2. אַךְ *tantummodo*. An in Gil- 173
hade iniquitas, tantummodo vanitas fuerunt? in
Gilgale *tantummodo* boves ſacrificant? Hoſ. 12:12.
עַד *usque ad*. Dies ille eſt, quo ad te veniet ab 174
Aſſyria *ad* urbes munitas; & ab urbibus munitis
ad fluvium; & *ad* mare à mari; & à monte *ad*
montem. Mich. 7: 17. כְּמוֹ *tanquam*. Tanquam 175
crudelis, *tanquam* aquæ, quæ non perennant. Je-
rem. 15: 18. יַעַן Propterea, quòd multa eſt ini-
quitas tua, *propterea quòd* numeroſa peccata tua.
Jerem. 30: 14, 15.



DE SYNTAXI PARTICULARUM INSEPARATARUM, QUÆ PRÆPOSITIONUM SEU CONJUNCTIONUM LATINARUM VIM POSSIDENT.

176 NOmen DEI proprium יְהוָה non recipit præfixum. Quòd si orationis contextus addi suffixum postulet, præmittitur ei unum ex tribus his DEI nominibus: יָהּ אֲדֹנָי & אֱלֹהִים v. gr. בְּיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים In-Jah, Jehova est rupes seculorum, pro בַּיהוָה צוּר עוֹלָמִים In-Jehovah, rupes seculorum est. Jesa. 26: 4. Pro כַּיהוָה scribi solet כַּיהוָה, legiturque כַּאדֹנָי יְהוָה Ca-
177 donaj Jehova. Psalm. 113. ℣. 5. Pro לַיהוָה scribitur לַיהוָה & legitur *Ladonaj Jehova*. 1. Sa-
178 muel. 1:3. Pro בַּיהוָה scriptum quoque בַּיהוָה lectum *Badonaj Jehova*. Genes. 15: 6. pro בַּיהוָה אֱלֹהִים scriptum בַּאדֹנָי יְהוִה, lectum Badonaj Jehova-Elohim. Psalm. 73: 28. לֵיהוִה legendum Lelohim Jehova, pro eo, quod scriberetur לַיהוָה
179 אֱלֹהִים Psalm. 65: 21. Neque dicitur מִיהוָה sed pro eo scriptum מֵיהוָה lectum verò *Meadonaj Je-*
180 *hova*. Prov. 16. v. ult. Neque שִׁיהוָה legere fas erit Schejjehova, sed שֶׁאֲדֹנָי יְהוָה Psalm. 144: 15.

181 VAV in futuris quiescentium non semper abscindit He. Itaque loco וָאֱהִי Psalm. 18: 24. venit in parallelo וָאֶהְיֶה 2. Sam. 22: 24. pro וַיַּךְ 2. Par.

Par. 18: 23, 33. & 21: 9. 2. Reg. 19: 35. ſcriptum in parallelis verſibus וַיַּכֶּה & percuſſit, 1. Reg. 22: 24, 34. 2. Reg. 8: 21. Jeſa. 37: 36. Pro וַתַּעַל 2. Par. 18: 34. occurrit וַתַּעֲלֶה 1. Reg. 22: 35. pro וַיִּתְאָו 1. Par. 11: 13. legitur וַיִּתְאַוֶּה 2. Sam. 23: 15.

VAV converſivum futuri & Vav copulativum permutantur in locis parallelis. וּשְׁאַלְתָּ לָךְ 1. Reg. 3. וַתִּשְׁאַל לְךָ 2. Paral. 1: 11. וַיַּרְא כָּל־יִשְׂרָאֵל 1. Reg. 12: 16. וְכָל־יִשְׂרָאֵל רָאוּ 2. Par. 10: 16. חַתּוּ וַיֵּבֹשׁוּ 2. Reg. 19: 26. חַתּוּ וָבֹשׁוּ Jeſa. 37: 27. וְהֶחֱרִישׁוּ הָעָם 2. Reg. 18: 36. וַיַּחֲרִישׁוּ Jeſa. 27: 2. 182

מ & ב præfixa non rarò in parallelis permutantur. 183
מִירוּשָׁלַיִם ex Hieruſolymis accepit uxores, 2. Sam. 5: 13. בִּירוּשָׁלָםִ in Hieruſolymis accepit uxores. 1. Par. 14: 3. בִּילִידֵי הָרָפָא 2. Sam: 21: 18. מִילִידֵי הָרָפָא 1. Par. 20: 4. בִּדְבַר גָּד 1. Par. 21: 19. כִּדְבַר גָּד 2. Sam. 24: 19. Beth & Mem, ut מֵעֵבֶר הַיַּרְדֵּן & בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן Joſu. 22: 7.

UBICUNQUE אֵת interpoſitum duobus nominibus regitur à verbo activo, ibi eſt nota accuſativi, ut Gen. 4: 1. קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה acquiſivi partu virum DOMINUM. Gen. 22: 2. קַח־נָא אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידְךָ accipe filium tuum, unigenitum tuum. & cap. 26: 34. וַיִּקַּח אִשָּׁה אֶת־יְהוּדִית duxitque uxorem Juditham. 184

DE ELLIPSIBUS PRÆFIXORUM.

185 1. He interrogandi nota, ubi nulla oritur ex omiſſione obſcuritas, aliquando omittitur, e. gr. Gen. 27: 24. Tu is *es?* filius meus Heſav? Vid. 2. Reg. 5: 17. Job. 2. 10. Thren. 3: 36.

186 2. Interrogatio affirmativa poteſt negare: ut 2. Sam. 7: 5. הַאַתָּה an tu mihi ædificabis domum? i. e. non ædificabis. ut dicitur in parallelo 1. Par. 17: 4. ſic Ezech. 18: 23. הֶחָפֹץ אֶחְפֹּץ an volens volo mortem peccatoris? i. e. לֹא אֶחְפֹּץ nolo. conferatur verſ. ult. Negativa interrogatio affirmat: 1. Paral. 21: 17. Annon ego juſſi numerari populum, & *annon* ego is ſum, qui peccavi? quæ verba in parallelo 2. Sam. 24: 17. permutata cum his: Ecce, ego is ſum, qui peccavi.

187 3. Deeſt ל in vicinia ל alterius: ut עוֹלָה חִנָּם pro עוֹלָה לְחִנָּם 1. Par. 21: 24. in parallelo eſt עֹלוֹת חִנָּם 2. Sam. 7: 23. הוֹלֵךְ רוּחַ i. e. הוֹלֵךְ לְרוּחַ ambulans ad ventum. Mic. 1: 11. אֲנִי שָׁלוֹם pro אֲנִי לְשָׁלוֹם equidem ad pacem *propendeo.* Pſalm. 120: 7. Similis conſtructio in eodem eſt commate הֵמָּה לַמִּלְחָמָה Ipſi ad bellum *ſunt proclives.* עוֹלָם pro לְעוֹלָם Pſalm. 89: 2, 3. אַךְ־הֶבֶל pro אַךְ־לְהֶבֶל Pſalm. 39: 7.

188 4. Deeſt ל ante מ præfixum. מִימֵי קֶדֶם Jeſ. 37: 26. pro eo quod in parallelis eſt לְמִימֵי קֶדֶם 2. Reg. 19: 24. מִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל 2. Paral. 34: 30. in

in parall. plenius לְמִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל 2. Reg. 23: 2. 189
5. ב deest ante seipsum: ut בֵּית הַמֶּלֶךְ *in* domo regis. 2. Reg. 11: 5. in parallelo בְּבֵית הַמֶּלֶךְ 2. Par. 23: 5. יֵלֵךְ בֶּטַח pro יֵלֵךְ בְּבֶטַח Prov. 10: 9. loco בבטח utuntur etiam לָבֶטַח. Prov. 3: 23. נוֹעֲצוּ לֵב consultant animo, pro בְּלֵב Psalm. 83: 6. Cantabo & psallam אַף כְּבוֹדִי etiam *in* gloria mea. i. e. linguâ. Psal. 108: 2. מ aufertur in לִפְנֵי יְהוָה 190
Ps. 96: 13. additur enim in parallelo 2. Par. 16: 33. *Reliqua in capite Aphæreseos tradita reperies.*
Nonnunquam inseparata particula seu præfixum 191
ex proximo commate repetenda, ut ב, Castrametati sunt בַּעֲרוֹעֵר ad Haroher, *ad* dextram urbis. 2. Sam. 24: 5. Si reduxeris pedem tuum à Sabbato, *à* faciendo placita tua. Jesa. 58: 13. ut כ *quemadmodum.* Jesai. 64: 1. Quemadmodum fervescere facit ignis liquida, *quemadmodum* aquarum bullas excitat ignis. vel ex comate remotiore: ut, Non fiant, ut Patres ipsorum, generatio contumax & rebellis generatio, quæ non comparavit animum suum, & cujus spiritus non fuit constans erga Deum: *UT* posteri Ephrajimi jaculantes arcu, &c. Psalm. 78. v. 8. 9.

DE

STRUCTURA PRONOMINUM SUFFIXORUM.

1. *Suffixa* nunc cum ellipsi particularum ל vel 192
על accipiuntur, ut בִּשְּׁלָם pro בִּשֵּׁל לָהֶם coxit eis,

eis, 1. Reg. 19: 21. יְשַׁלֶּמְךָ pro יְשַׁלֶּם־לְךָ rependat tibi, 1. Sam. 24: 20. דַּבְּרוֹ pro דַּבֵּר־לוֹ loqui ad eum, Gen. 37: 4. יִזְעָקוּךָ pro יִזְעֲקוּ־לָךְ clamabunt ad te. Nechem. 9: 28. הַיְחָבְרְךָ pro הַיְחָבֶר־לְךָ an consociabitur tibi? Psalm. 94: 20.

193 2. Nunc suffixi æquivalentis, & cum עַל aut ל constructi vim habent, ut אַגִּידֶנּוּ pro אַגִּיד־לוֹ indicabo ei. Job. 31: 37. יְבוֹאֶנּוּ pro יָבוֹא־לוֹ obveniet illi. Ijob 15: 21. יִלְוֶנּוּ pro יִלְוֶה־לוֹ adhæret ei. Eccles. 8: 15. נְתַתָּנִי pro נָתַתָּ־לִּי dedisti mihi, Jos. 15: 19. הֲשִׁיבֵנִי pro הָשִׁיב־לִי respondeat mihi. Gen. 37: 14. יְצָאֻנִי pro יָצְאוּ לִי egressi
194 sunt mihi, Jerem. 10: 20. חֲזַקְתַּנִי pro חָזַקְתָּ־לִּי prævaluisti mihi. Jer. 20: 7. תִנָּשֵׁנִי pro תִּנָּשֶׁה לִי oblivioni traderis mihi. Jesa. 44: 1. יְגֻרְךָ pro יָגוּר עָלֶיךָ commorabitur tecum. Psalm. 5: 5. קְדַשְׁתִּיךָ pro קָדַשְׁתִּי עָלֶיךָ sanctus sum apud te, Jesa. 65: 5. חֹנָךְ pro חֹנֶה עָלֶיךָ castra habentis contra te. Psalm. 53: 6. יְכָלְתִּיו pro יָכוֹלְתִּי לוֹ valui adversus eum. Psalm. 13: 5. תִּמְלָאֵמוֹ pro תִּמְלָא עָלֵימוֹ explebitur apud eos *anima mea*, Exod. 15: 9. תִּזְנִים pro תִּזְנֶה לָהֶם scortata es cum eis. Ezech. 16: 28. יְשֻׂשׂוּם pro יָשׁוּשׂ עֲלֵיהֶם lætabuntur de eis. Jesa. 35: 1. &c.

195 3. Mem suffixum videtur esse ἀπὸ κοινοῦ, ut יִשְׁחָטוּם יִסְחָבוּם jugularunt eos, 2. Reg. 10: 14. יִסְחָבוּם raptaverint eos, Jerem. 49: 20. וַיְגָרְשׁוּם & abegerunt

egerunt eas, Exod. 2: 17. וַיַּשְׁקְ אֶת־צֹאנָם & potavit greges earum. ibid.

4. ־ם quoque suffixum masculinum ter pro 196 הֶן acceptum. Vid. Buxt. Thes. p. 419.

CAPUT IV.

DE SYNTAXI PROMISCUA.

NUMERUS NOMINUM AC PARTICIPIORUM PROMISCUE USURPATUS.

